

THE SARUM RITE  
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome A.  
Fasciculus 8.  
Pagine 1141-1224.

Ordinarium misse.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1, 2018.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2018.

[*Ordinarium misse.*]<sup>1</sup>

¶ *Ad missam dicendam dum sacerdos induit se sacris vestibus dicat hymnum sequentem.*

*Hymnus.*

8407.

**D**eni Creátor Spíritus,  
Mentes tuórum vísita :  
Imple supérna grátia,  
Que tu creásti péctora.

Qui Paráclytus díceris,  
Donum Dei altíssimi :  
Fons vivus ignis cáritas,  
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,  
Dextre Dei tu dígitus :  
Tu rite promísso<sup>2</sup> Patris,  
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
Infúnde amórem córdibus :  
Infirma nostri córporis,  
Virtúte firmans pérpetim.

Hostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus :  
Ductóre sic te prévio,  
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Fílium :  
Te utriúsque Spíritum,  
Credámus omni témpore.

Sit laus Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclyto :  
Nobísque mittat Fílius,  
Carísma Sancti Spíritus. Amen.

8052. *V.* Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

*R.* Et renovábis fáciem terre.

*Oratio.*

**D**eus cui omne cor patet et  
omnis volúntas lóquitur, et  
quem nullum latet secrétum : purífica  
per infusiónem Sancti Spíritus  
cogitatiónes cordis nostri, ut te

perfécte<sup>3</sup> dilígere : et digne laudáre  
mereámur. Per [Dóminum nostrum  
Jesum Christum. In unitáte  
ejúsdem.]<sup>4</sup>

*Deinde sequatur antiphona, Introíbo ad altáre Dei. Ps. Júdica me Deus et  
discérne. (xliij.) (Brev. [209].) Totus psalmus dicitur cum Glória Patri. Deinde dicitur*

3388. *antiphona.* Introíbo ad altáre Dei : ad Deum qui letíficat juventútem meam.

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. (Brev. [5].)

Ave María. (Brev. [5].)

*His finitis et officio misse inchoato : cum post officium Glória Patri. incipitur : accedat sacerdos cum suis ministris ad gradum altaris, et dicat ipse confessionem : dyacono assistente a dextris : et subdyacono a sinistris, hoc modo incipiendo,*

[V.] Et ne nos indúcas in tentatióem.

[R.] Sed libera nos a malo.

[V.] Confitémini Dómino quóniam bonus.

[R.] Quóniam in séculum misericórdia ejus.

[V.] Confiteor Deo, beáte Maríe, ómnibus sanctis, et vobis : quia<sup>5</sup> peccávi nimis cogitatióem, locutióem, et ópere, mea culpa : precor sanctam Mariám, omnes sanctos Dei, et vos oráte pro me.

*Ministri respondeant.* Misereátur [tui] (vestri)<sup>6</sup> omnípotens Deus : et dimíttat [tibi] (vobis) ómnia peccáta [tua] (vestra) : líberet [te] (vos) ab omni malo :  
[133r.] consérvet et confirmet in bono : et ad vitam perdúcat etérnam.

*Sacerdos.* Amen.

*Et postea dicant Confiteor. Quo dicto, dicat sacerdos, Misereátur. ut supra, deinde dicat sacerdos,*

Absolutiόem et remissiόem ómnium peccatórum vestrórum, spácium vere peniténtie, et emendatiόem vite : grátiam et consolatiόem Sancti Spíritus tríbuat vobis omnípotens et miséricors Dóminus.

*Ministri respondeant, Amen.*

¶ *Et sciendum est : quod quicumque sacerdos officium exequatur : semper episcopus si presens fuerit ad gradum altaris dicat Confiteor. Misereátur. et Absolutiόem.*<sup>7</sup>

*Deinde dicat sacerdos*<sup>8</sup>

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

[R.]<sup>9</sup> Qui fecit celum et terram.

[V.]<sup>10</sup> Sit nomen Dómini benedíctum.

[R.]<sup>11</sup> Ex hoc nunc [et usque in séculum].<sup>12</sup>

[V.] Orémus.

*Deinde finitis precibus sacerdos deosculetur dyaconum : et postea subdyaconum : ita dicens, Habéte ósculum pacis et dilectiónis : ut apti sitis sacrosáncto altári, ad perficiéndum officia divína.<sup>13</sup>*

*Et hoc semper observetur per totum annum : nisi tantum in missis pro defunctis et in tribus proximis feriis ante pascha.*

*His itaque peractis, ceroferarii candelabra cum cereis ad gradum altaris dimittant : deinde accedat sacerdos ad altare : et dicat in medio altaris tacita voce, inclinatoque corpore et junctis manibus, Orémus.*

*Oratio.*

**A**ufer a nobis quésumus Dómine  
cunctas<sup>14</sup> iniquitátes nostras ut  
ad sancta sanctorum puris mereámur

méntibus<sup>15</sup> introíre. Per Christum  
Dóminum nostrum.

*Tunc erigat se sacerdos et osculetur altare, et hoc in medio : et signet se in facie sua ita dicens, In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti. Amen.*

*Deinde ponat dyaconus thus in thuribulum, et dicat prius sacerdoti, Benedícite. et sacerdos dicat, Dóminus. Ab ipso benedicátur<sup>16</sup> hoc incénsus<sup>17</sup> : in cujus honóre cremábitur. In nómine Patris. &c.*

*Tunc dyaconus ei thuribulum tradens, deosculetur manum ejus : et ipse sacerdos thurificet medium altaris, et utrumque cornu altaris : primo in dextera, secundo in sinistra parte, et interim in medio<sup>18</sup> : deinde ab ipso dyacono ipse sacerdos thurificetur : et postea textum ministerio subdyaconi sacerdos deosculetur. His itaque gestis in dextro cornu altaris cum dyacono et subdyacono, officium misse usque ad orationem prosequatur : vel usque ad Glória in excélsis. quando dicitur.*

*Et post officium et psalmum repetatur officium : et postea dicitur Glória Patri. et Sicut erat. tertio repetatur officium. Et hoc per totum annum observetur, tam in dominicis quam in festis sanctorum : et in octavis et infra quando chorus regitur : et in omnibus missis de sancta Maria per totum annum observetur : nisi in dominica passionis Domini : et abhinc usque ad cenam Domini ad missam scilicet de temporali tantum : tunc enim statim post psalmum qui dicitur post officium, reincipiatur officium sine Glória Patri. post repetitionem officii principalis rector chori officium misse a cantore querere debet : deinde illud socio suo intimare : et postea simul incipere. Et similiter Kýrie, Sequentia, Offertorium, Sanctus, Agnus, et Communio : querantur, intimentur, et incipientur.*

[133v.] *His finitis, et officio misse inchoato, cum post officium Glória Patri. incipitur : tunc accedant ministri ad altare ordinatim : primo ceroferarii, duo pariter incedentes : deinde thuribularii, post subdyaconus : exinde dyaconus, post eum sacerdos, dyacono et subdyacono casulis indutis scilicet quotidie per adventum, et a lxx. usque ad cenam Domini, quando de temporali dicitur missa : nisi in vigiliis et quattuor temporibus : manus tamen ad modum sacerdotis non habentibus : ceteris vero ministris scilicet ceroferario,<sup>19</sup> thuribulario,<sup>20</sup> et accolito in albis cum amictibus existentibus. In aliis vero temporibus anni quando de temporali dicitur missa : et in festis sanctorum totius anni utantur dyaconus et subdyaconus dalmaticis et tunicis : nisi in vigiliis et quattuor temporibus : et nisi in vigilia pasche, et penthecostes, et nativitatis Domini si in dominica contigerit : et excepto jejunio quattuor temporum, quod celebratur in ebdomada penthecostes, tunc dalmaticis et tunicis indui debent. In die parasceves et in rogationibus ad missam jejunii et processionis<sup>21</sup> et in missis dominicalibus et sanctorum que in capitulo<sup>22</sup> dicuntur : tunc enim albis cum amictibus utantur, ita tamen quod in tempore paschali de quocunque dicitur missa : nisi in inventione sancte crucis, utantur ministri altaris vestimentis albis ad missam. Similiter fiat in festo annunciationis beate Marie, et in conceptione ejusdem : et in utroque festo sancti Michaelis : et in festo sancti Johannis apostoli in ebdomada nativitatis Domini : et per octavas et in octavis assumptionis et nativitatis beate Marie, et in commemorationibus ejusdem per totum annum : et per octavas et in octavis dedicationis ecclesie.*

*Rubeis vero utantur vestimentis omnibus dominicis per annum extra tempus pasche quando de dominica agitur : et in iiij. feria in capite jejunii : et in cena Domini : et in utroque festo sancte crucis in quolibet festo martyrum, apostolorum, et evangelistarum extra tempus pasche.*

*In omnibus autem festis unius confessoris vel plurimorum confessorum : utantur vestimentis crocei coloris.*


*Quo facto sacerdos et sui ministri in sedibus paratis se recipiant : et expectant usque ad Glória in excelsis. quod incipiatur semper in medio altaris quandocunque dicitur.*

*Omnibus dominicis per annum quando Glória in excelsis. dicitur : dicitur unum istorum pro dispositione cantoris.<sup>23</sup>*

Ordinarium misse.


---

GS:13 ♯; 1508-C:56v; 1513:133v.




Gló-ri- a in excél-sis De- o. 27\*.

1508-C:56v; 1513:133v.<sup>24</sup>



Gló-ri- a in excélsis De-o. 29\*.


GS:13 ♯; 1508-C:56v; 1513:133v.



Gló-ri- a in excélsis De-o. 30\*.


**C** *In omnibus majoribus duplicibus dicatur unum istorum pro dispositione cantoris.*

GS:11 ♯; 1508-C:54r; 1513:133v.<sup>25</sup>



Gló-ri- a in excélsis De- o. 32\*.


GS:12 ♯; 1508-C:55v; 1513:133v.<sup>26</sup>



Gló-ri- a in ex-célsis De-o. 34\*.

**C** *In omnibus aliis duplicibus dicitur uum istorum pro dispositione cantoris.*


1508-C:56r; 1513:133v.<sup>27</sup>



Gló-ri- a in excélsis De-o. 29\*.

Ordinarium misse.


1508-C:56v; 1513:134r.<sup>28</sup>



[134r.] Gló-ri- a in excél-sis De-o. 36\*.

¶ *In utroque festo sancti Michaelis et in festo sancti Dunstani dicitur hic cantus.*


1508-C:56v; 1513:134r.



Gló-ri- a in excél-sis De-o. 36\*.


¶ *In omnibus festis et in octavis quando invitatorium a tribus cantatur, dicitur unum istorum pro dispositione cantoris.*

1508-C:56v; 1513:134r.<sup>29</sup>



Gló-ri- a in excélsis De-o. 29\*.


1508-C:56v; 1513:134r.<sup>30</sup>



Gló-ri- a in excél-sis De-o. 36\*.

¶ *In omnibus aliis festis simplicibus tam iij. quam ix. lectionum : in quibus chorus regitur : dicatur unum istorum cantuum.*

GS:13 ♯; 1508-C:56v; 1513:134r.




Gló-ri- a in excél-sis De- o. 27\*.



Ordinarium misse.

---


GS:13 ♯; 1508-C:56v; 1513:134r.



Gló-ri- a in excélsis De-o. 30\*.


¶ *In omnibus festis iij. lectionum et in octavis quando chorus non regitur : dicitur unum istorum.*

GS:13 ♯; 1508-C:56v; 1513:134r.



Gló-ri- a in excélsis De- o. 38\*.


GS:13 ♯; 1508-C:57r; 1513:134r.



Gló- ri- a in excél-sis De- o. 39\*.

¶ *In commemoratione beate Marie dicitur hic cantus per totum annum quando dicitur Glória in excélsis.*



GS:13 ♯; 1508-C:56v; 1513:134r.



Gló-ri- a in excél-sis De- o. 27\*.

*Nisi quando ultimo fit servitium de sancta Maria ante adventum Domini et ante lxx. et in octavis assumptionis et nativitatis beate Marie : tunc enim dicitur sequens cantus tam a choro quam a sacerdos et ejus ministris ad altare<sup>31</sup> cum sua farsura videlicet in choro : et etiam dicitur cum sua prosa in quotidianis missis in capella beate Marie omni sabbato.<sup>32</sup>*

GS:14 ♯; 1508-C:57v; 1513:134r.

VII.   Ló- ri- a in excélsis De-o. 4I\*.

Et in terra pax homínibus bone voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus rex celestis Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite Jesu Christe. Spíritus et alme orphanórum pará-clyte. Dómine Deus Agnus Dei Fílius Patris. Primogénitus Maríe vírginis matris. Qui tollis peccáta

mundi : miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi : súscipe deprecati-ónem nostram. Ad Maríe glóriam. Qui sedes ad déxteram Patris : miserére nobis. Quóniam tu solus sanctus. Maríam sanctíficans. Tu solus Dóminus. Maríam gubérnans. Tu solus altíssimus. Maríam corónans. Jesu Christe, cum Sancto [134v.] Spíritu in glória Dei Patris. Amen.

*In omnibus aliis missis quando dicendum est : dicitur sine prosa. Post inceptionem Glória in excelsis. divertat se sacerdos ad dextrum cornu altaris : et ministri cum eo prosequentes : dyaconus a dextris et subdyaconus a sinistris : submissa voce dicant idem. In duplicibus festis principalis rector chori Glória in excelsis. quando debet dici, querat a cantore : et sacerdoti injungat.*

¶ *Notandum est : quod omnes clerici stare tenentur ad missam : nisi dum lectio epistole legitur et gradale et Allelúya. vel tractus cantatur. In duplicibus tamen festis stare tenentur omnes dum a choro Allelúya. canitur. Pueri vero semper sint stantes ad missam choro canente. Rectores vero chori cum duo tantum habentur : sequantur per omnia regulam clericorum de secunda forma ad vespervas, matutinas, et ad missam, nisi quod semper dum chorus canit Allelúya. stare tenentur : et in inceptionibus cantuum ad missam ad altare se convertant. In duplicibus festis omnes rectores chori imitentur omnia ut supra.*


¶ *Et notandum est quod omnes clerici conversi ad altare stare tenentur dum ad missam Glória in excelsis. inchoatur : quousque chorus cantet. Et in eodem hymno ad hec verba Adorámus te. et ad hec verba Súscipe deprecationem nostram. et in fine ejusdem cum*

*dicitur Jesu Christe cum Sancto Spírítu in glória Dei. usque ad epistolam vel lectionem.*

*Dictoque gradale, Allelúya. vel sequentia tractus a sacerdos privatim cum suis ministris : accipiat subdyaconus panem et vinum et aquam cum calice, et ea preparat ad eucharistie ministrationem, benedictione prius aque a sacerdos petita hoc modo, Benedícite. sic respondeat sacerdos. Dóminus. Ab eo sit benedícta de cujus látere exívit sanguis et aqua. In nómine Patris. &c. Sacerdos vero interim sedeat in sede sua.<sup>33</sup> In fine vero gradale vel tractus vel Allelúya. vel sequentie : chorus ad altare se inclinet antequam ad lectorem evangelii se vertat : et ad Glória tibi Dómine. semper ad altare se vertat lector evangelii : et etiam omnes clerici signo crucis se signent quod ter ad missam publice observatur scilicet ad Glória in excélsis. quando dicitur In glória Dei Patris. Amen. et ad Glória tibi Dómine. et post Sanctus. cum dicitur Benedíctus qui venit. et ad inceptionem Credo in unum. quousque chorus cantet : et iterum ad altare ter inclinet : scilicet dum dicitur hec clausula, Et incarnátus est de Spírítu Sancto ex María vírgine. ij. et homo factus est. iij. Crucifixus étiam pro nobis sub Póntio Pyláto. et in fine cum dicitur Et vitam ventúri séculi. Amen. Abhinc quousque etiam inchoetur offertorium et post offertorium quousque compleatur totum officium misse hunc gestum chorus imitetur omni festi per annum.*

*Per totum autem adventum non dicitur Glória in excélsis. de quocunque dicitur missa : nec a lxx. usque ad vigiliam pasche. His itaque peractis : factoque signaculo crucis in facie sua vertat se sacerdos ad populum : elevatisque aliquantulum brachiis junctisque manibus dicat hoc modo.*


1489:92r.<sup>34</sup>



Dómi-nus vo-bís-cum. 2.

*Et chorus respondeat,*

1494, 1489:92r.




Et cum spí-ri-tu tu- o.

*sub eodem tono : et iterum revertat se sacerdos ad altare, et dicat hoc modo.*

Ordinarium misse.

1489:92r.<sup>35</sup>



O-rémus.

[Deinde dicitur oratio sic determinando




Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R*. Amen.


] <sup>36</sup>

[135r.] *Quotiescunque dicitur Dóminus vobiscum. ad missam : semper sub eodem tono dicitur similiter et Orémus. : nisi in prefationibus, et nisi in missa sponsalium cum fiat benedictio super sponsum et sponsam ante Pax Dómini. tunc enim dicitur sic : et in consimilibus ita determinando.*

US-I:265; 1492; 1513:135r.<sup>37</sup>




*R*. Dómi- nus vo- biscum. *R*. Et cum spí- ri- tu tu- o.



*R*. O-rémus.

Deinde dicitur oratio sic determinando.

1513:135r.<sup>38</sup>



Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R*. Amen.

*Et si aliqua memoria habenda est : iterum dicat sacerdos Orémus. ut supra. Et quando sunt plures collecte dicende : tunc omnes orationes que sequuntur sub uno Per Dóminum. et uno Orémus. dicuntur : ita tamen quod septenarium numerum excedere non debent secundum usum ecclesie Sarum.*


*Et semper dum stat sacerdos ad officium misse, post eum stet dyaconus directe in proximo gradu : et subdyaconus simili modo directe in secundo gradu post dyaconum ita quod quotiens sacerdos ad populum se convertit : dyaconis similiter se convertat. Subdyaconus vero interim genuflectendo de capsula sacerdotis aptanda subministret. Et si episcopus celebraverit : omnes dyaconi in gradu dyaconorum consistent : principali dyacono medium locum inter eos obtinente. Simili modo in gradu subdyaconorum se habeant ceteris omnibus dyaconis et subdyaconis gestum principalis dyaconi et principalis subdyaconi imitantibus : excepto quod principalis subdyaconus sacerdoti<sup>39</sup> ad populum convertenti solus subministret.*

**¶** *Sciendum est autem : quod quicquid a sacerdote dicitur ante epistolam in dextro cornu altaris expleatur, preter inceptionem Glória in excélsis. Similiter fiat post perceptionem sacramenti. Cetera omnia in medio altaris expleantur : nisi forte dyaconus defuerit. Tunc enim in sinistro cornu altaris legatur evangelium.*

*Post introitum vero misse : unus ceroferariorum panem, vinum, et aquam que ad eukaristie ministrationem disponuntur, deferat, reliquis vero pelvim cum aqua et manutergio portet, chorum licet ingredi usque ad completorium prime collecte. Cetera usque ad Credo. dicuntur ut supra in prima dominica adventus Domini [notatum est].<sup>40</sup> 4.*

[Symbolum Niccenum.]<sup>41</sup>

1513:135r.<sup>42</sup>



Redo in u-num De-um. 20.

Patrem omnipoténtem factórem celi et terre : visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum Fílium Dei unigénitum. Et ex patre natum ante ómnia sécula. Deum de Deo lumen de lúmine : Deum verum de Deo vero. Génitum non factum consubstantiálem Patri : per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter

nostram salútem descéndit de celis. Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María vírgine : et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis sub Póntio Pyláto : passus et sepúltus est. Et resurréxit tértia die sécundum scriptúras. Et ascéndit in celum sedet ad délixteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos : cujus regni non erit finis.

Et in Spíritum Sanctum Dóminum et vivificántem : qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur : qui locútus est per prophétas. Et unam

sanctam cathólicam et apostólicam ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. Et vitam ventúri séculi. Amen.

[135v.] *Post inceptionem Credo in unum Deum. reversus ministris de pulpito ad altare : dyaconus librum evangeliorum sacerdoti porrigat deosculandum : vel alias textum accipiens de manu subdiaconi ipsum sacerdoti porrigat in dextris ejus osculandum. Deinde accolito ministrante subdyacono, subdyaconus ipsi dyacono. Postea<sup>43</sup> sequatur Dóminus vobiscum. et Orémus. Deinde dicitur offertorium.*

*Post offertorium vero porrigat dyaconus sacerdoti calicem cum patena et sacrificio, et osculetur manum ejus utraque vice. Ipse vero accipiens ab eo calicem, diligenter ponat in loco suo debito super medium altare, et inclinato parumper elevant calicem utraque manu offerens sacrificium Domino, dicendo hanc orationem.*

**S**uscipe Sancta Trínitas hanc oblationem quam ego indignus peccátor offero in honóre tuo : beáte Marie et ómnium sanctórum tuórum pro peccátis et offensionibus meis : et

pro salute vivórum et réquie ómnium fidélium defunctórum. In nómine Patris et Fílii et Spiritussáncti accéptum sit omnipoténti Deo hoc sacrificium novum.

*Dicta<sup>44</sup> oratione, reponat calicem et cooperiat eum corporalibus : ponatque panem super corporalia decenter ante calicem vinum et aquam continentem : et osculetur patenam : et reponat eam a dextris sacrificii<sup>45</sup> super altare sub corporalibus parum cooperiendo. Hoc peracto, accipiat thuribulum a dyacono et thurificet sacrificium : videlicet ultra ter signum crucis faciens : et in circuitu,<sup>46</sup> et ex utraque parte calicis et sacrificii : deinde locum ter<sup>47</sup> inter se et altare. Et dum thurificat, dicat [versum sequentem].<sup>48</sup>*

*Dirigátur Dómine ad te orátio mea : sicut incénsum in conspéctu tuo.<sup>49</sup>*

*Postea thurificetur ipse sacerdos ab ipso dyacono : et subdyaconus deferat ei textum deosculandum : deinde accolitus thurificet chorum, incipiens a rectoribus chori : deinde superiorem gradum ex parte decani, incipiens ab ipso decano vel a proximiori stallo eo absente : postea superiorem gradum ex parte cantoris. Eodem ordine secundas, exinde primas formas : ita quod ipse puer singulos clericos<sup>50</sup> incensando illis inclinet subsequente*

*eum subdyacono<sup>51</sup> cum textu ab omnibus deosculando.*

*Si episcopus celebraverit, et duplex festum fuerit : duo pueri venient cum thuribulis, et duo subdyaconi cum duobus textibus vel reliquiis. Si autem episcopus non celebraverit et duplex festum fuerit : textum deferat accolitus ex parte cantoris. Primo autem thurificandus est cantor qui stat in medio chori cum ceteris rectoribus chori : scilicet in festis maioribus duplicibus tantum : deinde principales rectores chori ex utraque parte sui : exinde duo rectores secundarii : postea chorus more solito eodem quoque ordine sequantur textus.*

*Quando vero non dicitur Credo. tunc immediate post Orémus. et offertorium accedat dyaconus, et offerat sacerdoti calicem cum patena : et cetera solito more expleantur : et thurificet sacrificium more solito : sed chorus non thurificetur. Nunquam enim incensatur chorus post evangelium ad missam : nisi quando dicitur Credo. sed tunc semper.*

*His itaque peractis : eat sacerdos ad dextrum cornu altaris, et abluat manus dicens, Munda me Dómine ab omni inquinaménto mentis et córporis<sup>52</sup> : ut possim mundus implére opus sanctum Dómini.*

[136r.] *Diacono interim ipsum altare in sinistro cornu thurificante, et reliquias more solito in circuitu. Ablutis manibus sacerdos revertat se ad altare ad divinum officium exequendum : et dyaconus et subdyaconus [in]<sup>53</sup> gradibus suis ordinate supradicto modo se teneant.<sup>54</sup> Deinde revertat se : et stans ante altare inclinatoque capite et corpore, junctis manibus dicat hanc orationem.*

**I**N spíritu humilitátis et in ánimo  
contrító suscipiámur Dómine a te :  
et sic fiat sacrificium nostrum in

conspéctu tuo : ut a te suscipiátur  
hódie, et pláceat tibi Dómine Deus  
meus.<sup>55</sup>

*Et erigens se, deosculetur altare a dextris sacrificii : et dans benedictionem ultra sacrificium : postea signet se dicens, In nomine Patris. &c.*



*Deinde vertat se sacerdos ad populum : et tacita voce dicat. Oráte fratres et soróres pro me : ut meum paritérque vestrum accéptum<sup>56</sup> sit Dómino Deo nostro<sup>57</sup> sacrificium.*

*Responsio clerici<sup>58</sup> privatim, Spíritus Sancti grátia illúminet cor tuum et lábia tua : et accípiat Dóminus digne hoc sacrificium laudis de mánibus tuis pro peccátis et offénsiónibus nostris.*

Ordinarium misse.

*In missis vero pro defunctis post ablutionem manuum sacerdotis, statim incipiat sacerdos junctis manibus in medio altaris conversus ad altare dicens.*

US-I:269; 1508-C:46r; 1513:136r.<sup>59</sup>

II.    
Osti- as et pre-ces ti-bi Dómi-ne of-fé-rimus.


*Et chorus cantando respondeat,*



Tu súsci-pe pro á-nimá-bus il- lis qua-rum hó-di-e



memó-ri- am á-gimus : fac e-as Dómi-ne de mor-te



trans-í-re ad vi-tam.


*Et interim dicat sacerdos In spíritu humilitátis.*

*Deinde statim dicat conversus ad populum tacita voce,<sup>60</sup> Oráte fratres et soróres pro fídelibus defúntis.*

*Responsio clerici<sup>61</sup> cantando.*

1508-C:47r; 1513:136r.


II.    
Equi-em e-térnam do-na e-is Dómi-ne et



lux per-pé-tu- a lú- ce- at e-is. Quam o-lim Abra-he



Ordinarium misse.



promi- sí-s-ti et sé-mi- ni e- jus.

¶ *Notandum est quod in omnibus missis pro corpore presenti, et in anniversariis cujuscunque fuerint, et in trigintalibus, dicitur Hóstias et preces. cum V̄. Réquiem etérnam. et Quam olim. In omnibus vero aliis missis pro defunctis non dicuntur : nec in die animarum.*<sup>62</sup>


*Et reversus ad altare sacerdos secretas orationes dicat juxta numerum et ordinem antedictarum ante epistolam ita incipiens Orémus. Quibus finitis, dicat sacerdos apérta*<sup>63</sup> *voce, Per ómnia sécula seculórum. manibus non levatis donec dicitur Sursum corda. Et tunc accipiat subdyaconus offertorium et patenam de manu dyaconi : ipsam patenam tenendam, quousque Pater noster. dicitur : quam accolito offertorio coopertam committat in gradu scilicet post diaconum interim constituto. Quod etiam observetur in omni missa ad autenticum altare celebranda per totum annum : nisi tantum in missis pro defunctis : tamen in die animarum observabitur.*

¶ *Sequuntur prefationes. Et primo prefatio de nativitate Domini : que*<sup>64</sup> *prefatio dicitur in die nativitatis Domini ad omnes missas et quotidie per ebdomadam et in die circumcisionis : et in omnibus missis de sancta Maria, ab hac die usque ad purificationem et etiam in die purificationis. [Dicatur etiam in missis de Corpore Christi.]*<sup>65</sup> *Dicatur etiam in festo Corporis Christi : et in octavis ejusdem, et infra : quando de eo fit servitium. Dicitur etiam in commemoratione ejusdem. Communicántes. vero dicitur tantum usque ad circumcisionem, et in die circumcisionis.*

1513:136v.<sup>66</sup>



[136v.]



- térne De- us. Qui- a per incarná-ti verbi misté-ri-

Ordinarium misse.



um : no-va mentis nostre ó-cu-lis lux tu-e cla-ri-tá-tis in-  
 fúlsit. Ut dum vi-si-bí-li-ter De-um cognóscimus : per  
 hunc invi-si-bí-li- um, amó-rem ra-pi-ámur. Et í-de-o  
 cum ánge-lis. 1170.

¶ *Nota quod infra canonem ad primam missam in nocte nativitatis Domini dicitur Communicantes et noctem sacratissimam. &c. Ad omnes alias missas, dicitur Diem sacratissimum. quandocunque dicitur.*<sup>67</sup>

¶ **C**ommunicantes et diem sacratissimum (et noctem sacratissimam)<sup>68</sup> celebrantes : quo beate Marie intemerata virginitas : huic mundo edidit Salvatorem. Sed et memoriam venerantes. In primis ejusdem gloriose semper virginis Marie genetricis ipsius<sup>69</sup> Dei et Domini nostri Jesu Christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andree, Jacobi,

Johannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Symonis et Thadei : Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Corneli, Cypriani, Laurentii, Grisogoni, Johannis et Pauli, Cosme, et Damiáni. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas : ut in omnibus protectionis tue muniámur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

¶ *Sequens prefatio dicitur in die epiphanie et per octavas et in octavis, et Communicantes. similiter.*

1513:136v.<sup>70</sup>



- térne De-us. Qui- a cum u-ni-gé-ni-tus tu-us in  
 substánti- a nostre carnis appá-ru- it in no-vam nos im-  
 morta-li-tá-tis su-e lu-cem re-pa-rá-vit. Et í-de-o cum  
 ánge-lis. 1170.

¶ *Infra Canonem.*

Communicantes et diem sacramentissimum celebrantes : quo Unigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam venerantes. In primis gloriose semper virginis Marie genetricis ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Johannis,

Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Symonis et Thadai, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Corneli, Cypriani, Laurentii, Grisogoni, Johannis et Pauli, Cosme, et Damiiani. Et omnium sanctorum tuorum : quorum meritis precibusque concedas : ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

[137r.]

¶ *Sequens prefatio dicitur in feria iiij. in capite jejunii : et in omni missa de jejunio, nisi in dominicis ab hic, usque ad cenam Domini.*



- térne De-us. Qui corpo-rá-li je-jú-ni- o ví-ti- a  
 cómprimis : mentem é-le-vas : virtú-tem largí-ris et pré-  
 mi- a : per Christum Dó-mi-num nostrum. Per quem  
 ma-jestá-tem. II70.

¶ *Nota quod in dominicis per xl. dicitur prefatio quotidiana. In cena Domini etiam prefatio quotidiana dicitur. Infra canonem, Communicantes. et Hanc igitur oblationem. et Qui pridie. tam ab episcopo quam a sacerdote dicuntur.*

¶ *Infra canonem.*

Communicantes et diem sacratissimam celebrantes : quo Dominus noster Jesus Christus pro nobis traditus est. Sed et memoriam venerantes. In primis gloriose semper virginis Marie genetricis ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andreæ, Jacobi, Johannis, Thome, Jacobi, Philippi,

Bartholomæi, Matthæi, Symonis et Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornélii, Cypriani, Laurentii, Grisogoni, Johannis et Pauli, Cosme, et Damiáni. Et omnium sanctorum tuorum : quorum méritis precibusque concédas, ut in ómnibus protectionis tue muniámur auxilio. Per eundem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Item.*

Hanc igitur oblationem servitutis nostre : sed et cuncte familie

tue, quam tibi offerimus, ob diem in qua Dominus noster Jesus Christus

trádidit discíplis suis córporis et  
sánguinis sui mystéria celebránda.<sup>72</sup>  
Quésumus Dómine ut placátus  
accípias : diéque nostros in tua pace

dispónas : atque ab etérna damnatióne  
nos éripi : et in electórum tuórum  
júbeas grege numerári. Per Christum  
Dóminum nostrum. Amen.<sup>73</sup>


**Q**ui pridie quam pateretur pro  
nostra omniúmque salúte hoc  
est hódie accépit panem in sanctas ac

venerábiles manus suas : et elevátis  
óculis in celum ad te Deum  
[Patrem].<sup>74</sup> etc.


**¶** *Sequens prefatio dicitur in die pasche : et per totam ebdomadam : et in omnibus dominicis : usque ad ascensionem : quando de dominica, sive de pascha dicitur missa. Sed in vigilia pasche : tantum dicitur in prefatione, Sed in hac potíssimum nocte. Quandocunque vero alias dicitur : dicitur Sed in hoc potíssimum die.*

[137v.] *Communicántes. vero et Hanc ígitur. per ebdomadam et in octavis paschas, tantum dicuntur : ita quod in vigilia pasche tantum : dicitur Noctem sacratíssimam. In die vero pasche : et alias quando dicitur, [dicitur]<sup>75</sup> diem sacratíssimum.*


1513:137v.<sup>76</sup>




- térne De-us. Et te qui-dem omni témpo-re : sed



in hac po-tíssimum di- e (nocte) glo-ri- ó-sus pre-di-cá-re




cum pascha nostrum immo-lá-tus est Christus. Ipse




e-nim ve-rus est agnus qui ábstu-lit pec-cá-ta mundi.

Ordinarium misse.



Qui mortem nostram mo-ri-éndo destrúx-it : et vi-tam



re-surgéndo re-pa-rá-vit. Et í-de-o cum ánge-lis. 1170.

¶ *Infra canonem.*

Communicántes et diem sacra-tíssimum ([*vel*]<sup>77</sup> et noctem sacratíssimam) celebrántes : resur-rectiónis Dómini nostri Jesu Christi secúndum carnem. Sed et memóriam venerántes. In primis glorióse semper vírginis Maríe genetrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi. Sed et beatórum apostolórum ac mártýrum tuórum Petri, Pauli, Andrée, Jacóbi, Johánnis, Thome, Jacóbi, Philíppi,

Bartholoméi, Matthéi, Symónis et Thadéi, Lini, Cleti, Cleméntis, Sixti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Gri-sógoni, Johánnis et Pauli, Cosme, et Damiáni. Et ómnium sanctórum tuórum : quorum méritis precibúsqe concédas, ut in ómnibus protectiónis tue muniámur auxílio. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.


*Item.*

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostre : sed et cuncte familie tue quam tibi offérimus, pro his quoque quos regeneráre dignátus es ex aqua et Spíritu Sancto : tríbuens eis remis-siónem ómnium peccatórum. Qué-


sumus Dómine,<sup>78</sup> ut placátus accípias : diéque nostros in tua pace dispónas : atque ab etérna damnatióne nos éripi : et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

¶ *Sequens prefatio dicitur in die ascensionis Domini : et per octavas et in octavis : et in dominica infra octavas, quando de dominica agitur, et Communicántes.*


[138r.]



- térne De-us. Per Christum Dó-mi-num nostrum.




Qui post re-surrecti-ónem su-am ómni-bus discí-pu-lis



su-is ma-ni-féstus appá-ru-it : et ipsis cernénti-bus est



e-le-vá-tus in ce-lum : ut nos di-vi-ni-tá-tis su-e tri-bú-e-



ret es-se par-tí-ci-pes. Et í-de-o cum ánge-lis. 1170.

¶ *Infra canonem.*

Communicántes et diem sacra-tíssimum celebrántes : quo Dóminus noster Jesus Christus unigénitus Fílius tuus, únitam sibi fragilitátis nostre substántiam, in glórie tue dextera collocávit. Sed et memóriam venerántes. In primis glorióse semper vírginis Maríe generícis [ejúsdem]<sup>80</sup> Dei et Dómini nostri Jesu Christi. Sed et beatórum apostolórum ac mártýrum tuórum Petri, Pauli, Andrée, Jacóbi, Johánnis,

Thome, Jacóbi, Philíppi, Bartholoméi, Matthéi, Symónis et Thadéi : Lini, Cleti, Cleméntis, Sixti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Grisógoni, Johánnis et Pauli, Cosme, et Damiáni. Et ómnium sanctórum tuórum : quorum méritis precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiónis tue muniámur auxílio. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

¶ *Sequens prefatio dicitur in die penthecostes : et per ebdomadam : et in omnibus missis*

*de Sancto Spiritu. Communicantes. et Hanc igitur. in die penthecostes : et abhinc usque ad festum sancte Trinitatis, dicuntur tantum.*


1513:138r.<sup>81</sup>



- térne De-us. Per Christum Dó-mi-num nostrum.




[138v.] Qui ascéndens su-per omnes ce-los, se-dénsque ad dexte-ram



tu-am promíssum Spí-ri-tum Sanctum ho-di-érna di-e in



fi-li-os a-dopti-ó-nis effú-dit. Quaprópter pro-fú-sis



gáudi-is to-tus in orbe terrá-rum mundus ex-últat : sed et



su-pérne virtú-tes atque angé-li-ce po-testá-tes hymnum



gló-ri-e tu-e cónci-nunt si-ne fi-ne di-cén-tes.

¶ *Infra canonem.*

Communicantes et diem sacra-  
tíssimum penthecóstes  
celebrantes : quo Spíritus Sanctus  
apóstolis in ígneis<sup>82</sup> linguis apparuit.

Sed et memóriam venerantes. In  
primis glorióse semper vírginis Maríe  
genetrícis<sup>83</sup> Dei et Dómini nostri Jesu  
Christi. Sed et beatórum aposto-



lórum ac mártýrum tuórum Petri, Pauli, Andrée, Jacóbi, Johánnis, Thome, Jacóbi, Philíppi, Bartholoméi, Matthéi, Symónis et Thádei, Lini, Cleti, Cleméntis, Sixti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Grisógoni, Jo-

hánnis et Pauli, Cosme, et Damiáni. Et ómnium sanctórum tuórum : quorum méritis precibúsque, concédas ut in ómnibus protectiónis tue muniámur auxílio. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.


*Item.*

**H**anc ígitur oblatiónem servitútis nostre : sed et cuncte familie tue quam tibi offérimus, pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua et Spíritu Sancto : tríbuens eis remissionem ómnium peccatórum.


Quésumus Dómine, ut placátus accípias : diéque nostros in tua pace dispónas : atque ab etérna damnatióne nos éripi : et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**¶** *Sequens prefatio dicitur in die sancte Trinitatis : et in omnibus dominicis usque ad adventum Domini, quando de dominica dicitur missa : licet in capitulo<sup>84</sup> dicatur : et in omnibus commemorationibus sancte Trinitatis, per totum annum : et in omni missa sponsalium.*

1513:138v.<sup>85</sup>



- térne De-us. Qui cum u-ni-gé-ni-to Fí-li-o tu-



o et Spí-ri-tu Sancto u-nus es De-us, u-nus es Dómi-nus.




[139r.] Non in ú-ni- us singu-la-ri-tá-te persóne : sed in ú-ni- us

Ordinarium misse.



Tri-ni-tá-te substá-n-ti-e. Quod e-nim de tu-a gló-ri-a  
re-ve-lá-n-te te cré-dimus, hoc de Fí-li-o tu-o : hoc de  
Spí-ri-tu Sancto si-ne diffe-ré-n-ti-a discre-ti-ó-nis sen-  
tí-mus. Ut in confessi-ó-ne ve-re sem-pi-terné-que de-i-  
tá-tis : et in persó-nis prop-ri-e-tas, et in essé-n-ti-a U-  
ni-tas : et in ma-jestá-te a-do-ré-tur equá-li-tas. Quam  
laudant á-n-g-e-li at-que archá-n-g-e-li : ché-ru-bin quo-que ac  
sé-raphin : qui non cessant clamá-re u-na vo-ce di-cén-tes.

¶ *Sequens prefatio dicitur in omnibus festis apostolorum : et evangelistarum : et per octavas apostolorum Petri, et Pauli, atque Andree : quando de octavis dicitur missa : preterquam in festo sancti Johannis apostoli et evangeliste, in ebdomada nativitatís Domini. In octavis vero ejusdem, dicitur : et in festo ejus, in tempore paschali.*




- térne De-us. Et te Dómi-ne supplí-ci-ter ex-o-



rá-re : ut gre-gem tu-am Pastor e-térne non dé-se-ras :




sed per be-á-tos a-pósto-los tu-os contín-u-a pro-lecti-




[139v.]


óne custó-di- as. Ut í- isdem rectó-ri-bus gu-berné-tur :




quos ó-pe-ris tu-i vi-cá-ri-os e- í-dem contu-lís-ti pre-és-se




pastó-res. Et í-de-o cum ánge-lis et archánge-lis : cum



thro-nis et domi-na-ti-ó-ni-bus. Cumque omni mi-lí-ci-a



ce-léstis ex-érci-tus hymnum gló-ri-e tu-e cá-nimus si-ne



fi-ne di-céntes.

¶ *Sequens prefatio dicitur in utroque festo sancte crucis : et in commemorationibus ejusdem, per totum annum.*

1513:139v.<sup>87</sup>




- térne De-us. Qui sa-lú-tem humá-ni gé-ne-ris  
in ligno cru-cis consti-tu-ís-ti : ut unde mors o-ri-e-  
bá-tur : inde vi-ta re-súrge-ret. Et qui in ligno ví-ce-rat :  
in ligno quoque vince-ré-tur. Per Christum Dó-mi-num  
nostrum. Per quem ma-jestá-tem tu-am laudant ánge-li :  
a-dó-rant domi-na-ti-ónes tremunt po-testá-tes. Ce-li  
[140r.] ce-lo-rúmque virtú-tes ac be-á-ta sé-raphin : só-ci-a  
ex-ulta-ti-ó-ne concé-lebrant. Cum qui-bus et nostras vo-ces

Ordinarium misse.




ut admít-ti jú-be- as depre-cámur : súppli-ci confessi- ó-ne




di-céntes.

¶ *Sequens prefatio dicitur in omni festo beate Marie virginis : nisi in purificatione ejusdem. Dicatur etiam per octavas assumptionis, et nativitatis beate Marie : et in commemorationibus ejusdem, per totum annum : nisi a die nativitatis Domini [nostri Jesu Christi]<sup>88</sup> usque ad festum purificationis beate Marie.*


1513:140r.<sup>89</sup>




- térne De-us. Et te in concepti- óne. Et te in



annunci- a-ti- óne. Et te in assumpti- óne. Et te in



na-ti-vi-tá-te. Et te in vi-si-ta-ti- óne. Et te in ve-ne-



ra-ti- óne be-á-te et glo-ri- ó-se semper vírgi-nis Ma-rí- e



ex-ultánti-bus á-nimis : laudá-re, be-ne-dí-ce-re, et pre-di-

Ordinarium misse.


cá-re. Que et Uni-gé-ni-tum tu-um Sancti Spí-ri-tus obum-  
bra-ti-ó-ne concé-pit : et virgi-ni-tá-tis gló-ri- a perma-nénte :  
hu-ic mundo lumen e-térnum effú-dit Je-sum Christum  
Dó-mi-num nostrum. Per quem ma-jestá-tem tu-am laudant  
[140v.] ange-li : a-dó-rant domi-na-ti-ónes tremunt po-testá-tes.  
Ce-li ce-lo-rúmque virtú-tes ac be-á-ta sé-raphin só-ci-a  
ex-ul-ta-ti-ó-ne concé-lebrant. Cum qui-bus et nostras vo-  
ces ut admít-ti jú-be-as depre-cámur : súppli-ci confessi-  
ó-ne di-céntes.

¶ *Hoc modo incipiantur omnes prefationes ad missam per totum annum : tam in feriis quam in festis.*

US-I:269; 1513:140v.<sup>90</sup>




Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R.* Amen.




*V.* Dómi-nus vo-bís-cum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu- o.

*Hic eleuet sacerdos manus, dicens.*<sup>91</sup>




*V.* Sur-sum corda. *R.* Ha-bémus ad Dómi-num. *V.* Grá-ti- as




a-gámus Dómi-no De-o nostro. *R.* Dig-num et justum est.

¶ *Sequens prefatio est quotidiana : et dicitur quotidie : nisi in festis, et per octavas in quibus propria habeatur, ita tamen, quod omnes prefationes totius anni : sub hoc tono dicuntur : sive proprie habeantur sive non : tam in feriis quam in festis : secundum usum ecclesie Sarum.*

US-I:269; 1513:140v.<sup>92</sup>




E-re dignum et justum est equum et sa-lu-tá-re.



Nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti- as á-ge-re : Dómi-ne

Ordinarium misse.



Sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De-us. † Per Christum




[141r.] Dó-mi-num nostrum. Per quem ma-jestá-tem tu-am laudant



ánge-li : a-dó-rant domi-na-ti-ónes : tremunt po-testá-tes.




Ce-li ce-lo-rúmque virtú-tes ac be-á-ta sé-raphin só-ci-a



ex-ul-ta-ti-ó-ne concé-lebrant. Cum qui-bus et nostras



vo-ces ut admít-ti jú-be-as depre-cámur súppli-ci confessi-




ó-ne di-cén-tes.

*Sequitur, Sanctus. Sanctus. Sanctus.*<sup>93</sup> 44\*.

¶ *Item in aliis prefationibus [conclusio].*<sup>94</sup>

1513:141r.<sup>95</sup>



T í-de-o cum ánge-lis et archánge-lis cum thro-nis



Ordinarium misse.


et domi-na-ti-ó-ni-bus. Cumque omni mi-lí-ti-a ce-  
léstis ex-érci-tus hymnum gló-ri-e tu-e cá-nimus si-ne  
fi-ne di-cén-tes.

*Sequitur, Sanctus. 44\*. Dum sacerdos dicit, Sanctus sanctus. : erigat parumper brachia sua, et jungat manus suas usque ad hec verba In nómine Dómini. tunc semper signet se in facie sua. Sanctus sanctus sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt celi et terra glória tua osánna in excélsis. Benedictus qui venit in nómine Dómini osánna in excélsis. Quando ultimo fit servitium de sancta Maria ante adventum : et ante septuagesimam : et in octavis visitationis, assumptionis, et nativitatis, beate Marie : tunc dicitur hoc modo, Benedictus Marie Fílius qui venit in nómine Dómini. &c.<sup>96</sup> Deinde confestim manibus junctis et oculis elevatis : incipiat Te ígitur clementissime [Pater. &c.]<sup>97</sup> corpore inclinato donec dixerit. Ac pétimus. Sequitur Canon.*

[141v.]



[142r.]



[142v.]



E ígitur clementíssime Pater per Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum súpplices rogámus. *corpore inclinato donec dicat*<sup>98</sup> ac pétimus. *Hic erigens se sacerdos*<sup>99</sup> *osculetur altare a dextris sacrificii dicens* uti accépta hábeas et benedícas. *Hic faciat sacerdos tres cruces super calicem et panem dicendo*<sup>100</sup> Hec ✠ dona Hec ✠ múnera Hec ✠ sancta sacrificia illibáta. *Factis signaculis super caliém elevet manus suas ita dicens* In primis que tibi offérimus pro ecclásia tua sancta cathólica : quam pacificáre custodíre adunáre et régere dignéris toto orbe terrárum una cum fámulo tuo papa<sup>101</sup> nostro *N.* et antístite nostro *N. id est proprio episcopo tantum.*<sup>102</sup> et rege nostro *N.*<sup>103</sup> et dicuntur nominatim. *Sequatur* et ómnibus orthodoxis atque cathólice et apostólice fidéi cultóribus.

*Hic oret*<sup>104</sup> *pro vivis.*

**M**Eménto Dómine famulórum famularúmque tuárum *N.* et *N.* *In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem caritatis* *Quinquies orat sacerdos. Primo pro seipso. Secundo pro patre et matre carnali et spirituali et pro aliis parentibus. Tertio pro amicis specialibus parrochianis : et aliis. Quarto pro omnibus astanbitus. Quinto pro omni populo Christiano : et potest hic sacerdos omnes suos amicos Deo commendare. Consulo tamen ut nullus ibidem nimis immoretur : tum propter cordis distractionem : tum propter immissiones que possunt fieri per angelos malos : tum propter alia pericula.*<sup>105</sup> Et ómnium circumastántium<sup>106</sup> quorum

[143r.]

tibi fides cónnita est et nota devótio pro quibus tibi offérimus vel qui tibi offérunt hoc sacrificium laudis pro se suisque ómnibus pro redemptióne animárum suarum : pro spe salútis et incolumitátis sue : tibi reddunt vota sua etérno Deo vivo et vero.

**C**ommunicántes et memóriam venerántes. In primis glorióse semper<sup>107</sup> vírginis *Inclinando parumper dicat*<sup>108</sup> Maríe genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi. Sed et beatórum apostolórum ac mártýrum tuórum Petri<sup>109</sup> Pauli Andrée Jacóbi Johánnis Thome Jacóbi Philíppi Bartholoméi Mathéi Simónis et Thadéi Lini Cleti Cleméntis Sixti Cornélii Cypriáni. Lauréntii Grisógoni Johánnis et Pauli Cosme et Damiáni.

**P**recibúsque concédas : ut in ómnibus protectiónis tue muniámur auxílio. Per eúndem Christum Dóminum nostrum Amen.

*Hic respiciat sacerdos hostiam cum magna veneratione dicens,*

[143v.] **H**anc ígitur oblatiónem servitútis nostre : sed et cuncte famílie tue quésumus Dómine ut placátus accípias : diésque nostros in tua pace dispónas : atque ab etérna damnatióne nos éripi : et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Hic iterum respiciat hostiam dicens.*

**Q**uam oblationem tu Deus in omnibus quesumus. *Hic faciat tres cruces super utrumque cum dicat*<sup>110</sup> *benedictam : ascriptam : ratam rationabilem acceptabilemque facere digneris ut nobis Hic faciat crucem super panem dicens*<sup>111</sup> *corpus : Hic super calicem*<sup>112</sup> *et sanguis Junctisque manibus dicat*<sup>113</sup> *fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Hic erigat sacerdos manus et conjungat : et postea tergat digitos et eleuet hostiam dicens.*

**Q**ui pridie quam pateretur<sup>114</sup> accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas : et elevatis oculis in celum *Hic eleuet oculos suos*<sup>115</sup> *ad te Deum Patrem suum*<sup>116</sup> *omnipotentem Hic inclinet se et postea eleuet paululum dicens, tibi gratias agens benedixit fregit. Hic tangat hostiam dicens,*<sup>117</sup> *deditque discipulis suis dicens, Accipite et manducate ex hoc omnes.*

*Hoc est enim corpus meum. Et debent ista verba proferri cum*  
 [144r.] *uno spiritu et sub una prolatione nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam*<sup>118</sup> *: et postea eleuet eam*<sup>119</sup> *supra frontem ut possit a populo videri : et reverenter illud*<sup>120</sup> *reponat ante calicem in modum crucis per eadem facte.*

*Et tunc*<sup>121</sup> *discooperiat calicem : et tenat inter manus suas non disjundendo pollicem ab indice : nisi dum facit benedictiones tantum ita dicens,*

**S**imili modo postea quam cenatum est : accipiens et hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas : item tibi. *Hic inclinet se dicens, gratias agens benedixit*

dedítque discíplis suis dicens, Accípíte et bíbite ex eo omnes.

*Hic eleuet sacerdos parumper calicem ita dicens,*

**H**ic est enim calix sánguinis mei novi et etérni testaménti mystérium fidei : qui pro vobis et pro multis effundétur in remissionem peccatórum.

*Hic eleuet calicem usque ad pectus vel ultra caput dicens,*

**H**ec quotienscúmque fecéritis in mei memóriam faciétis. *Hic reponat calicem et fricet digitos suos supra calicem propter micas : et cooperiat calicem, deinde<sup>122</sup> eleuet brachia sua in modum crucis junctis digitis usque ad hec verba de tuis donis [ac datis].<sup>123</sup>*

**U**nde et memóres Dómine nos tui servi<sup>124</sup> : sed et plebs tua sancta ejúsdem Christi Fílii tui Dómini Dei nostri [144v.] tam beáte passiónis : necnon et ab ínferis resurrectiónis : sed et in celos glorióse ascensionis offérimus precláre majestáti tue : de tuis donis ac datis. *Hic quinque cruces fiant : sed tres prime cruces super hostiam et calicem dicendo<sup>125</sup> hóstiam pu $\times$ ram : hóstiam san $\times$ ctam : hóstiam immacu $\times$ latam. Quarta super panem tantum : dicendo,<sup>126</sup> pa $\times$ nem sanctum vite etérne. Quinta super calicem dicendo,<sup>127</sup> et cá $\times$ licem salutis perpetue.*

Supra que propício ac seréno vultu respícere dignéris : et accépta habére sicúti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justí Abel : et sacrificium patriárche nostri Abrahe : et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium immaculátam hóstiam.

*Hic sacerdos corpore inclinato et cancellatis manibus : dicat*

Súpplīces te rogámus. *usque ad hec verba*, ex hac altáris participatióne : *et tunc erigat se deosculans altare a dextris sacrificii : et faciat signum crucis super hostiam et in facie sua cum dicit* omni benedictióne celésti.

**S**úpplīces te rogámus omnipotens Deus : jube hec perférri per manus sancti ángeli tui in sublíme altáre tuum in conspéctu divíne majestátis tue : ut quotquot. *Hic* [145r.] *erigens se osculetur altare a dextris sacrificii dicens* ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui. *Hic faciat signum crucis super hostiam dicens*<sup>128</sup> cor<sup>✠</sup>pus, *deinde super calicem dicens*,<sup>129</sup> et sán<sup>✠</sup>guinem sumpsérimus omni *Hic signet se in facie dicens*, bene<sup>✠</sup>dictióne celésti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Hic oret pro mortuis.*

**M**emento etiam Dómine animárum<sup>130</sup> famulórum famularúmque tuárum *N. et N.*<sup>131</sup> Qui nos precessérunt cum signo fidei : et dórmiunt in somno pacis.<sup>132</sup> Ipsis Dómine et ómnibus in Christ quiescéntibus locum refrigerii lucis et pacis ut indúlgeas deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Hic percutiat pectus suum semel dicens,*

**R**obis quoque peccatóribus fámulis tuis de multitudine miseratiónum tuárum sperántibus partem áliquam et societátem donáre dignéris cum tuis sanctis apóstolis et martýribus : cum Johánne Stepháno Mathía Bárnaba Ignátio




Alexándero Marcellíno Petro Felicitáte Perpétua Agatha Lúcia  
 Agnéte Cecília Anastásia. Et cum ómnibus sanctis tuis : intra  
 quorum nos consórtium non estimátor mériti : sed vénie  
 [145v.] quésumus largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum.  
*non dicitur Amen.*<sup>133</sup> Per quem hec ómnia Dómine semper  
 bona creas. *Hic ter signet calicem dicens sancti✠ficas vivi✠ficas*  
*bene✠dícis et prestas nobis.*


*Hic [sacerdos]<sup>134</sup> discooperiat calicem et faciat signaculum crucis*  
*cum hostia quinquies : primo ultra calicem et utraque parte ij.*  
*calici equale iij. infra calicem iij. sicut proprio v. ante calicem.*<sup>135</sup>  
 Per ip✠sum : et cum ip✠so : et in ip✠so est tibi Deo Patri  
 omnipo✠ténti in unitáte Spíritus ✠ Sancti : omnis honor et  
 glória.

*Hic cooperiat sacerdos calicem : et teneat manus suas super altare*  
*: usque dum dicitur Pater noster [qui es in celis, sanctificetur*  
*nomen tuum.]<sup>136</sup> : ita dicens.<sup>137</sup>*

US-I:270; 1513:145v.<sup>138</sup>




Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R.* Amen.



*R.* O-rémus. Pre-céptis sa-lu-tá-ri-bus mó-ni-ti et di-ví-na

Canon.



insti-tu-ti-óne formá-ti audémus dí-ce-re.

¶ *Hic accipiat diaconus patenam,<sup>139</sup> eamque a dextris sacerdotis extento brachio in altum usque Da propicius. discoopertam teneat. Hic elevet sacerdos manus dicens.<sup>140</sup>*

US-I:271; 1513:145v.<sup>141</sup>



**Q**A-ter noster qui es in ce-lis. Sancti-fi-cé-tur



nomen tu- um. Advé-ni- at regnum tu-um. Fi- at vo-lúntas



tu- a si-cut in ce-lo et in terra. Pa-nem nostram quo-ti-di-



á-num da no-bis hó-di- e. Et dimítte no-bis dé-bi-ta




[146r.] nostra : si-cut et nos dimít-timus de-bi-tó-ri-bus nostris.



Et ne nos indú-cas in tenta-ti-ó-nem.

*Chorus dicat,*

US-I:271.<sup>142</sup>



Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

*Sacerdos privatim Amen.*

**L**ibera nos quésumus Dómine ab ómnibus malis pretéritis  
présentibus et futúris : et intercedénte<sup>143</sup> beáta et gloriósa  
sempérque vírgine Dei genitrice María<sup>144</sup> : et beátis apóstolis  
tuis Petro et Paulo atque Andréa cum ómnibus sanctis.

*Hic committat diaconus patenam sacerdos deosculans manum ejus :  
et sacerdos deosculetur patenam : postea ponat ad sinistrum oculum  
deinde ad dextrum : postea faciat crucem cum patena ultra caput :  
et tunc reponat eam in locum suum dicens,*

**D**A propícuis pacem in diébus nostris : ut ope misericórdie  
tue adjúti : et a peccáto simus semper líberi : et ab omni  
perturbatióne secúri. *Hic discooperiat calicem et sumat corpus  
cum inclinatione : transponens in concavitate calicis : retinendo  
inter pollices et indices : et frangat in tres partes : prima fractio<sup>145</sup>  
dum dicitur Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum. secunda fractio, qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti Deus. Hic teneat duas fracturas in*  
[146v.] *sinistra manu : et terciam fracturam in dextera manu in  
summitate calicis : ita dicens aperta voce.*


Canon.

US-I:270; 1513:146v.<sup>146</sup>



Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.

*Chorus respondeat,*




Amen.

[*Preces in prostratione.*

1189.]


[*Deinde*<sup>147</sup> *si episcopus celebraverit, diaconus, ad populum conversus, baculum episcopi in dextera manu tenes, curvatura baculi ad se conversa, dicat sic :*

US-I:271.




Humi-li- á-te vos ad be-ne-dicci- ónem.

*Chorus respondeat*




De-o grá-ci- as.

*Deinde episcopus eukaristia super patenam [re]posita, (mitram sumens et baculum) super populum faciat benedictionem. (Peracta benedictione statim dicat episcopus more solito :*



Et pax De- i sit semper vo-bíscum.

*Chorus respondeat*



Et cum spí-ri-tu tu- o.

Canon.

Quando vero non celebrat tunc statim post Per ómnia sécula seculórum.) sequatur :  
] <sup>148</sup>


¶ *Hic faciat tres cruces infra calicem tertia parte hostie dicendo.*<sup>149</sup>

Aresnal:161r; US-I:272; 1513:146v.<sup>150</sup>



Pax Domi-ni ✠ sit sem ✠ per vo ✠ bís-cum.

*Chorus respondeat*



Et cum spí-ri-tu tu-o.

*Ad Agnus Dei. dicendum accedant diaconus et subdiaconus ad sacerdotem uterque a dextris diaconus prior : subdiaconus remotior et dicant privatim.*

**A**gnus Dei qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.

**A**gnus Dei qui tollis peccáta mundi : miserére nobis.

**A**gnus Dei qui tollis peccáta mundi : dona nobis pacem. 51\*.

*In missis pro defunctis dicitur hoc modo.*

**A**gnus Dei qui tollis peccáta mundi : dona eis réquiem *cum hac additione in tertia repetitione sempitérnam.*<sup>151</sup> **XX.**

*Hic cruce signando deponat dictam tertiam partem hostie in sacramentum sanguinis sit dicendo.*

**H**ec sacrosáncta commíxtio córporis et sánguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat michi omnibúsque suméntibus salus mentis et córporis : et ad vitam etérnam promeréndam et capescéndam preparátio salutáris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.<sup>152</sup>

*Antequam pax detur dicat sacerdos,*

[147r.] **D**omine sancte Pater omnípotens etérne Deus : da michi hoc sacrosánctum corpus et sánguinem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi ita digne súmere : ut mérear per hoc remissionem ómnium peccatórum meórum accípere : et tuo Sancto Spírítu repléri : et pacem tuam habére : quia tu es Deus solus : et preter te non est álius : cujus regnum et impérium gloriósum pérmanet<sup>153</sup> in sécula seculórum. Amen.

*Hic osculetur sacerdos corporale in dextera parte : et sumitatem calicis : et postea<sup>154</sup> diacono dicat.<sup>155</sup>*

*Pax tibi et ecclésie Dei.<sup>156</sup>*

*Responsio. Et cum spírítu tuo.*

*Diaconus a dextris sacerdotis ab eo pacem recipiat et subdiaconus porrigat. Deinde ad gradum chori ipse diaconus pacem portet rectoribus chori et ipsi pacem choro portent uterque sue parti incipiens a majoribus. In festis vero et feriis quando chorus non regitur : pax a diacono choro apportatur per duos extremos de secunda forma : cetera sicut prius.<sup>157</sup>*

*Post pacem datam dicat sacerdos orationes sequentes privatim antequam se communicet tenendo hostiam duabus manibus.*

[147v.] **D**Eus Pater fons et órigo tótius bonitátis : qui ductus misericórdia unigénitum tuum pro nobis ad ínfima mundi descéndere et carnem súmere voluísti : quam ego indídnuus hic in mánibus meis téneo. *Hic inclinet se sacerdos ad hostiam dicens,* Te adóro : te glorífico : te tota mentis ac<sup>158</sup> cordis intentióne laudo : et precor : ut nos fámulos tuos non déseras sed peccáta nostra dimíttas : quátenus tibi soli vivo ac vero Deo : puro corde et casto córpore servíre valeámus.<sup>159</sup> Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**D**omine Jesu Christe Fili Dei vivi : qui ex voluntáte Patris cooperánte Spíritu Sancto per mortem tuam mundum vivificásti : líbera me queso<sup>160</sup> per hoc sacrosánctum corpus et hunc sánguinem tuum ac cunctis iniquitátibus meis : et ab univérsis malis : et fac me tuis semper obedíre mandátis et a te nunquam in perpétuum separári permíttas<sup>161</sup> Salvátor mundi.<sup>162</sup> Qui cum Deo Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia<sup>163</sup> sécula seculórum. Amen.

**C**orporis et ságuinis tui Dómine Jesu Christe<sup>164</sup> sacraméntum quod licet indígnum accípio : non sit mihi judício et condemnatióne : sed tua prosit pietáte córporis mei et ánime salúti. Amen.

*Ad corpus dicat cum humiliatione antequam percipiat.*

[148r.] Ave in etérnum sanctíssima caro Christi : mihi ante ómnia et super ómnia summa dulcédo. Corpus Dómini nostri Jesu Christi sit mihi peccatóri via et vita.<sup>165</sup> In nómine Patris et

Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

*Hic sumat corpus cruce prius facta cum ipso corpore ante os.*

*Deinde ad sanguinem cum magna devotione dicens,*

Ave in etérnum célestis potus mihi ante ómnia et super ómnia summa dulcédo, corpus et sanguis Dómini nostri Jesu Christi prosint mihi peccatóri ad remédium sempitérnum in vitam etérnam. Amen. In nómine ✠ Patris. &c.<sup>166</sup>

*Hic sumat sanguinem : quo sumpto<sup>167</sup> inclinet se sacerdos et dicat oratio.*

**G**Rátias tibi ago Domine sancte Pater omnípotens eterne Deus : qui me refecísti de sacratíssimo córpore et sángine Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi : et precor ut hoc sacraméntum salútis nostre quod sumpsi indígnus peccátor non véniat mihi ad indícium neque ad condemnatióem pro méritis meis : sed ad proféctum córporis [mei]<sup>168</sup> et ánime salúti<sup>169</sup> in vitam etérnam. Amen.

*Qua dicta eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus : digitis adhuc conjunctis sicut prius : et accedat subdiaconus et effundat in calicem vinum et aquam : et resinceret sacerdos*  
[148v.] *manus suas ne aliquae reliquiae corporis vel sanguinis remaneant in digitis vel in calice. Cum vero aliquis sacerdos debet bis celebrare in uno die : tunc ad primam missam non debet percipere ablutionem ullam : sed ponere in sacrario : vel in vase mundo usque in finem alterius misse : et tunc sumatur utraque ablutio. Post primam ablutionem<sup>170</sup> dicitur hec oratio.*



**Q**uod ore sumpsimus Dómine pura mente capiámus : et  
de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnium.

*Hic lavet digitos in concavitate calicis cum vino infuso a  
subdiacono : quo hausto sequatur oratio.*

**H**ec nos commúnio Dómine purget a crimine : et celéstis  
remédii fáciat esse consórtes.

**¶** *Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenam : ut si quid remaneat, stillet et postea inclinando se dicat, Adorémus crucis signáculum : per quod salutis sumpsimus sacraméntum. Deinde lavet manus. Dyaconus interim corporalia complicit. Ablutis manibus, et redeunte sacerdote ad dextrum cornu altaris : diaconus calicem porrigat ori sacerdotis si quid infusionis in eo remanserit resumendum. Postea vero dicat cum suis ministris communionem. Deinde facto signo crucis in facie vertat se sacerdos ad populum : elevatisque aliquantulum brachiis : et junctis manibus dicat Dóminus vobíscum.<sup>171</sup> et iterum revertens se ad altare dicat, Orémus. Deinde dicat postcommunionem juxta numerum et ordinem antedictarum orationum ante epistolam. Finita ultima postcommunionem factoque signo crucis in fronte : iterum vertat se sacerdos ad populum : et dicat, Dóminus vobíscum.<sup>172</sup> Deinde diaconus,<sup>173</sup> Benedicámus Dómino. 61\*. Alio vero tempore dicitur Ite missa est. 62\*. Quotiescunque enim dicitur Ite missa est. semper dicitur ad populum convertendo. Et cum dici debeat, Benedicámus Dómino. vel Requiéscant in pace. 69\*. convertendo ad altare dicatur.<sup>174</sup>*

[149r.] **¶** *His<sup>175</sup> dictis sacerdos inclinato corpore : junctisque manibus tacita voce coram altari in medio dicat hanc orationem.*

**P**láceat tibi sancta Trínitas  
obséquium servitútis mee et  
presta : ut hoc sacrificium quod óculis  
tue majestátis indígnus óbtuli : tibi sit  
acceptábile : mihíque et ómnibus

illis<sup>176</sup> pro quibus illud óbtuli : sit te  
miseránte propiciábile. Qui vivis et  
regnas [Deus per omnia ssecula  
seculorum. Amen].<sup>177</sup>

*Qua finita erigat se sacerdos signans se in facie sua dicens, In nómine Patris. &c. Et*

*sic inclinatione facta : eo ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse sic induti cum ceroferariis et ceteris ministris redeant. Et statim post Deo grátias. incipiatur in choro hora ix. quando post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat evangelium, In principio. 115. cum vero sacerdos exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia, dicat psalmos subscriptos cum<sup>178</sup> antiphona Trium puerórum. Ps. Benedícite sacerdótos. usque ad finem cantici. (Brev. [52].)Ps. Laudáte Dóminum in sanctis. totus. (Brev. [54].) Ps. Numc dimíttis. cum Glória Patri. et Sicut erat. (Brev. [375].) Deinde dicitur tota antiphona. Trium puerórum cantémus hymnum : quem cantábant in camíno ignis benedicétes Dóminum.*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster.

Et ne nos [indúcas in tentatióem].<sup>179</sup>

[R.] Sed líbera.

[V.] Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

[R.] Laudémus et superexaltémus eum in sécula.

[V.] Benedíctus es Dómine in firmaménto celi.

[R.] Et laudábilis et gloriósus [et superexaltátus]<sup>180</sup> in sécula.<sup>181</sup>

[V.] Benedícat et custódiat nos Trínitas Sancta.<sup>182</sup>

[R.] Amen.<sup>183</sup>

[V.] Non intres in iudícium cura servo tuo Dómine.

[R.] Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.<sup>184</sup>

[V.] Dómine Deus virtútum convérte nos.

[R.] Et óstende fáciem tuam et salvi érimus.

[V.] Dómine exáudi oratióem meam.

[R.] Et clamor meus ad te véniat.

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus qui tribus púeris mitigásti  
flamas ígnium : concéde pro-

pícius : ut nos fámulos tuos non  
exúrat flamma vitiórum.

*Oratio.*

**U**Re igne Sancti Spíritus renes  
nostros et cor nostrum Domine

| : ut tibi casto córpore serviámus : et  
mundo corde placeámus.

*Oratio.*

**A**Ctiónes nostras quésumus Dó-  
mine aspirándo prevéni : et  
adjuvándo proséquere : ut cuncta nos-

| tra operátio et<sup>185</sup> a te semper incípiat :  
et per te cepta finiátur.

*Et finiantur has tres orationes sic, Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

---

[*Preces in prostratione.*]<sup>186</sup>

¶ *Et sciendum est quod in omni missa quando de feria dicitur : fiat prostratio a toto choro statim post Sanctus. usque Pax Dómini. per totum annum nisi a pascha usque Deus ómnium.*

¶ *Notandum est quod a Dómine ne in ira. usque ad cenam Domini, et a Deus ómnium. usque ad vigiliam nativitatis Domini dicuntur iste preces sequentes ad missam tantum in feriis et festis iij. lectionum sine regimine chori : et in octavis et infra quando chorus non regitur. Et dicuntur post Per ómnia sécula seculórum. et Pater noster. inter Per ómnia sécula seculórum. et Pax Dómini. sacerdote sic dicente, Per ómnia sécula seculórum. Et choro respondente, Amen. Statim incipiat chorus preces in prostratione hoc modo.*

*Psalmus [lxxviiij.]*

**D**Eus venérunt gentes heredi-  
tátem tuam : \* polluérunt  
templum sanctum tuum, posuérunt  
Hierúsalem in pomórum custódiam.

[149v.] Posuérunt morticína servórum  
tuórum escas volatílibus celi : \* carnes  
sanctórum tuórum béstiis terre.

Effudérunt sánguinem eórum tan-  
quam aquam in circúitu Hierúsalem : \*  
et non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis  
nostris : \* subsannátio et illúsió his  
qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo Dómine irascéris in  
finem : \* accendétur velut ignis zelus  
tuus ?

Effúnde iram tuam in gentes que te  
non novérunt : \* et in regna que  
nomen tuum non invocavérunt.

Quia comedérunt Jacob : \* et locum

ejus desolaverunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum : \* cito anticipent nos misericórdie tue : quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos Deus salutáris noster : \* et propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos : et propícus esto peccátis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in géntibus Ubi est Deus eórum : \* et innotéscat in natióibus coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum tuórum qui effúsus est : \* intróeat in con-

spéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchií tui : \* possíde filios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum : \* impropérium ipsórum quod exprobraverunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus et oves páscue tue : \* confitébimur tibi in séculum.

In generatióne et generatióne<sup>187</sup> : \* annunciábimus laudem tuam.

Glória [Patri].<sup>188</sup>

*Psalmus [lxvj.]*

**D**eus misereátur nostri et benedícat nobis : \* illúminet vultum suum super nos et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : \* in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : \* confiteántur tibi pópuli omnes.

Leténtur et exúltent gentes : \* quóniam júdicas pópulos in equitáte :

\* et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus : confiteántur tibi pópuli omnes : \* terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus Deus noster, benedícat nos Deus : \* et métuant eum omnes fines terre.

Glória [Patri et Fílio].<sup>189</sup>

*Psalmus [xx.]*

**D**omine in virtúte tua letábitur rex : \* et super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei : \* et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prevenísti eum in bene-

dicióibus dulcédinis : \* posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit a te et<sup>190</sup> tribuísti ei : \* longitudínem diérum in séculum et in séculum séculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : \*

glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedic-  
tiónem in séculum séculi : \* letificábis  
eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : \*  
et in misericórdia Altíssimi non com-  
movébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus ini-  
mícis tuis : \* dextera tua invéniat om-  
nes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in  
témpace vultus tui : \* Dóminus in ira

sua conturbábit eos : et devorábit eos  
ignis.

Fructum eórum de terra perdes : \*  
et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : \*  
cogitavérunt consília que non po-  
tuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum<sup>191</sup> : \*  
in relíquiis tuis preparábis vultum  
eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua : \*  
cantábimus et psallémus virtútes tuas.

Glória.

*Ant.* Tua est poténtia tuum regnum Dómine : tu es super omnes gentes : da 5224.  
pacem Dómine in diébus nostris.

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster.

*Et hec omnia sine nota dicuntur : tam a clericis in choro quam a sacerdote cum suis  
ministris.*

[150r.] *Deinde dicat sacerdos cum nota,*

Et ne nos [indúcas ia tentatióne].<sup>192</sup>

[R.] Sed líbera [nos a malo].

[V.] Exúrgat Deus et dissipéntur inimici ejus.

[R.] Et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus.

[V.] Non nobis Dómine non nobis.

[R.] Sed nómini tuo da glóriam.

[V.] Orémus pro afflíctis et captívis.

[R.] Líbera Deus Israel ex ómnibus tribulatióne<sup>193</sup> eórum.

[V.] Mitte eis Dómine auxiliúm de sancto.

[R.] Et de Syon tuére eos.

[V.] Esto nobis Dómine turris fortitúdinis.

[R.] A fácie inimíci.

[V.] Dómine salvum fac regem.

[R.] Et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

[V.] Dómine exáudi oratiónem meam.

[R.] Et clamor meus ad te véniat.

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus qui admirábili providéntia cuncta dispónis : te suppliciter exorámus : ut terram quam unigénitus Fílius tuus próprio sángine consecrávit : de mánibus inimicórum crucis Christi erípiens, restítuas cúltoi

Christiáno vota fidélium ad ejus liberatiónem instántium<sup>194</sup> : misericórditer dirigéndo in viam pacis etérne. [Per Christum Dóminum nostrum. Amen.]<sup>195</sup>

*Oratio.*

**R**ege quésumus Dómine fámulum tuum pontíficem nostrum : et intercedénte beáta Dei genetríce sempérque vírgine María cum ómnibus sanctis tuis<sup>196</sup> grátie tue

dona in eo múltiplica : ut ab ómnibus liberétur offénsis : et temporálibus non destituátur auxiliis : et sempitérnis gáudeat institútis.

*Oratio.*

**D**A quésumus omnipotens Deus : fámululo tuo regi nostro salútem mentis et córporis : ut bonis opéribus inheréndo, tue semper virtútis mere-

átur protectióne deféndi. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. [Amen.]<sup>197</sup>

*Sequatur Pax Dómini sit semper vobíscum. 1183.*

---

Canon.

¶ *In fine misse dicitur unus istorum cantuum : pro dispositione cantoris.*<sup>198</sup>

GS:18 ♯; 1508-C:61v; 1513:150r.<sup>199</sup>

(1.) V. V.   
 Be-ne-di-cá- mus Dó- mi-no.

GS:18 ♯; 1508-C:61v; 1513:150r.<sup>200</sup>

(2.) V. V.   
 Be-ne-di-cá- mus Dómi- no.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150r.<sup>201</sup>

(3.) V. V.   
 Be-ne-di-cá- mus Dómi- no.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150r.

(5.) VIII. VIII.   
 Be-ne-di-cá- mus Dó- mi-no.

GS:19 ♯; 1489:98r; 1508-C:61v; 1513:150r.<sup>202</sup>

(6.) V. V.   
 Be-ne-di-cá- mus Dó- mi-no.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150r.<sup>203</sup>

(7.) V. V.   
 Be-ne-di-cá- mus Dó- mi- no.

Canon.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1489:98r.<sup>204</sup>

(9a.) VI.

Be-ne-di-cá- mus Dó- mi-no.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1489:98r.<sup>205</sup>

(4a.) VI.

Be-ne-di-cá- mus Dó- mi-no.

1508-C:61v; 1513:150v.<sup>206</sup>

(12.) II.

[150v.] Be-ne-di-cá- mus Dómi- no.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>207</sup>

(10.) I.

Be-ne di-cá-mus Dó- mi-no.

¶ *In festis trium lectionum dicitur unus istorum cantuum : quandocunque dicitur in fine misse.*<sup>208</sup>

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>209</sup>

(13.) VIII.

I-te mis-sa est.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>210</sup>


(16.) IV.

I-te mis-sa est.




Canon.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>211</sup>


(14.) VI.   
I- te mis- sa est.

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>212</sup>

(15.) II.   
I-te mis-sa est.

¶ *In vigilia pasche et penthecostes dicatur hic cantus.*

GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>213</sup>


(17.) VIII.   
I-te mis- sa est.

¶ *Notandum est : quod quandocunque cantus istorum sequentium dicitur super Kyrieléyson. : idem etiam cantus sequatur super [Ite missa est.]<sup>214</sup>  
Pro dispositione diaconi.*

*Deus Creator.*<sup>215</sup> GS:19 ♯; 1508-C:61v; 1513:150v.<sup>216</sup>

VIII.   
I- te mis- sa est.

*Kyrie Rex genitor.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.<sup>217</sup>

VII.   
I- te missa est.

Canon.

*Kyrie fons bonitatis.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.<sup>218</sup>

III.

I-te missa est.

Detailed description: A musical staff with two lines. The top line contains a series of square notes, some connected by stems, forming a melodic line. The bottom line contains a few square notes, likely representing a basso continuo or a simple accompaniment. The text 'I-te missa est.' is written below the staff.

*Kyrie omnipotens.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.<sup>219</sup>

VIII.

I-te mis- sa est.

Detailed description: A musical staff with two lines. The top line contains a series of square notes, some connected by stems, forming a melodic line. The bottom line contains a few square notes. The text 'I-te mis- sa est.' is written below the staff.

*Kyrie Rex splendens.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.<sup>220</sup>

VIII.

I-te mis- sa est.

Detailed description: A musical staff with two lines. The top line contains a series of square notes, some connected by stems, forming a melodic line. The bottom line contains a few square notes. The text 'I-te mis- sa est.' is written below the staff.

*Lux et origo.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.<sup>221</sup>

VIII.

I- te missa est.

Detailed description: A musical staff with two lines. The top line contains a series of square notes, some connected by stems, forming a melodic line. The bottom line contains a few square notes. The text 'I- te missa est.' is written below the staff.

*Cunctipotens.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.

I.

I-te mis-sa est.

Detailed description: A musical staff with two lines. The top line contains a series of square notes, some connected by stems, forming a melodic line. The bottom line contains a few square notes. The text 'I-te mis-sa est.' is written below the staff.

*Conditor kyrie.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.<sup>222</sup>


VIII.

I- te mis- sa est.

Detailed description: A musical staff with two lines. The top line contains a series of square notes, some connected by stems, forming a melodic line. The bottom line contains a few square notes. The text 'I- te mis- sa est.' is written below the staff.


Canon.

*Orbis factor.* GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:150v.

I.   
I-te missa est.

[151r.] **C** *In omnibus feriis per annum et in vigiliis quattuor temporum, exceptis vigiliis pasche et penthecostes : et in ebdomada penthecostes dicatur, et in missa Salus pópuli. [et]<sup>223</sup> de cruce : et in omnibus festis<sup>224</sup> trium lectionum : sine Te Deum. : in quibus dicitur nocturnum, dicatur<sup>225</sup> hic cantus.*

GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:151r.<sup>226</sup>



Be-ne-di-cámus Dómi-no.

**C** *In omnibus missis pro defunctis dicitur hic cantus.*

GS:19 ♯; 1508-C:62r; 1513:151r.



Requi- éscant in pa-ce. R. Amen.

[*Cautele misse.*]<sup>227</sup>

¶ *Sequuntur informationes et cautele observande presbytero volenti divina celebrare.*

¶ Prima cautela est : ut sacerdos missam celebraturus, conscientiam suam per puram confessionem optime preparet, sacramentum vehementer desideret, et confiteri<sup>228</sup> intendat. Notulam de modo agendi officium memoriter et bene sciat. Gestus valde compositos ac devotos habeat. Cum enim quilibet teneatur Deum diligere ex toto corde : ex tota anima, et ex totis viribus suis. Hic Deum diligere non probatur : qui in mensa altaris ubi Rex regum et Dominus omnium tractatur : et sumitur : irreligiosus, indevotus, impudicus, distractus, vagus, aut desidiosus apparuerit. Attendat igitur unusquisque quod ad mensam magnam sedeat. Cogitet qualiter eum preparari oporteat. Sit cautus et circumspectus. Stet erectus non jacens in altari. Cubitos jungat lateribus. Manus exaltet : ut extremitates digitorum modicum super humeros videantur. Intellectum signis et verbis coaptet : quoniam magna latent in signis : majora in verbis : maxima in intentione. Tres digitos jungat quibus signa faciat, reliquos duos in manu componat. Signa faciat directe non oblique, alte satis ne calicem evertat. Non circulos pro crucibus. Cum vero inclinandum erit : non oblique sed directe ante altare toto curvatus corpore se inclinet.

Secunda est : ut non putet : sed certo sciat se debitas materias habere : hoc est panem triticeum : et vinum cum aqua modica. De vino et aqua poterit sic certificari. Exigat a ministro ut gustet tam vinum quam aquam. Ipse autem presbyter gustare non debet. Guttam fundat in manum : digito terat et odoret : sic erit certior. Non credat ampule signate : non colori quoniam sepius fallunt. Videat calicem ne sit fractus. Consideret vinum : si est acetosum,<sup>229</sup> nullo modo celebret :  
[151v.] sed si acidum<sup>230</sup> dissimulet. Si nimis aquosum : abstineat : nisi sciat vinum aque prevalere. Et in omni casu si contingat dubitari : vel propter acedinem : vel propter mixturam : vel inlupiditatem<sup>231</sup> utrum possit confici : consulimus abstinere : quia in hoc sacramento nihil sub dubio est agendum : ubi certissime est dicendum, *Hoc est enim corpus meum*, et *Hic est enim calix sanguinis mei*. Item oblatas convenientes eligat : et vinum competenter infundat : quia hoc sacramentum debet sensibus deservire : ad videndum, tangendum, et gustandum : ut sensus reficiatur ex specie, et intellectus ex re contenta foveatur. Aqua etiam in parvissima quantitate

infundatur : ut a vino absorbeatur : et saporem vini recipiat, non est enim periculum quantumcunque modicum apponatur de aqua : est autem periculum si multum. Apponitur etiam aqua solum ad significandum. Sed una gutta tantum significat, quantum mille. Ideo caveat sacerdos ne cum impetu infundat, ne nimis cadat.

Tertia est ut canonem morosius legat, quam cetera. Et precipue ab illo loco, *Qui pridie quam pateretur accepit*. Tunc enim respirans attendere debet : et se totum colligere, si prius non potuit singulis verbis intendens. Et dum dixerit, *Accipite et manducate ex hoc omnes* respiret et uno spiritu tractim dicat, *Hoc est enim corpus meum* : sic non immiscet se alia cogitatio. Non enim videtur esse rationabile discontinuare formam tam brevem, tam arduam, tam efficacem, cujus tota virtus dependet ab ultimo verbo scilicet *meum*, quod in persona Christi dicitur. Unde non debet cuilibet verbo punctus imponi. Cum id nulla ratione valeat ut dicatur, *Hoc, est, enim, corpus, meum*. Sed totum simul proferat. Pari modo hoc idem in forma consecrationis sanguinis observetur. Item proferendo verba consecrationis circa quamlibet materiam : sacerdos semper intendat conficere id quod Christus instituit et ecclesia facit.

Quarta est ut si plures hostias habet consecrare : debet harum unam elevare quam sibi deputaverat a principio ad missam, et teneat illam penes alias : ita quod visum et intentionem ad omnes simul dirigat. Et signando et dicendo, *Hoc est enim corpus meum* : omnes cogitet quas demonstrat. Consulimus quoque ut canonem presbyter memoriter<sup>232</sup> sciat : quia devotius dicitur : semper tamen liber habeatur : ut ad ipsum memoriter recurratur.

Quinta est : ut dum sumat : nunquam uno haustu calicem sumat : ne propter impetum tussis inopinate occurrat, sed bis vel ter caute sumat : ut impedimentum non habeat. Si vero plures hostias debet sumere : ut quando hostia est renovanda primo sumat eam quam confecit et sanguinem. Posthec alias que supersunt, suam prius sumat quam alias : quia de suis credit, et scit : de aliis credit, et nescit. Demum desuper ablutiones : et non prius.

Sexta est ut paucorum nominibus se astringat in canone, nec perpetuo : sed quamdiu velit, faciat : quando velit omittat : quia canon de multitudine nominum prolixatur : et per hoc cogitatio distrahitur. Dignum tamen est ut pater : mater : frater : soror : ibi nominentur. Et si qui pro tempore commendantur : et specialiter pro quibus missa celebratur. Non tamen ibi fiat vocalis expressio sed mentalis.

Septima est : ut ante missam non os vel dentes lavet, sed tantum labia exterius ore clauso si indiget<sup>233</sup> : ne forte aque gustum<sup>234</sup> : cum saliva immittat. Post missam etiam caveat execrationes<sup>235</sup> quantum potest : donec comederit et biberit : ne forte aliquid inter dentes remanserit : aut in faucibus quod execrando<sup>236</sup> ejiceretur. Quamvis autem missa devotissime sit celebranda contemplationis causa : est tamen modus habendus ne protractione nimia vel acceleratione fiat homo notabilis. Nam acceleratio : signum est incurie. Protractio est occasio detractio. [152r.] Sed medio tutissimus ibit. Eo<sup>237</sup> autem affectu est quilibet missa habenda et dicenda a quocunque sacerdote, quasi prima dicatur : et nunquam amplius sit dicenda : tam magnum enim donum semper debet esse novum.

Habeat itaque sacerdos diligentiam ad conficiendum. Reverentiam ad tangendum. Et devotionem ad sumendum. Sic sentiendo et agendo digne tractabitur sacramentum : rite peragetur officium : atque pericula et scandala evitabuntur.

Item in collectis dicendis semper impar numerus observetur. Una propter unitatem Deitatis. Tres propter Trinitatem personarum. Quinque propter quinquepartitam passionem Christi. Septem propter septiformem gratiam Spiritus Sancti. Septenarium numerum excedere non licet.

Item quodocunque oratio dirigitur solum ad Patrem : in fine dicatur *Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum*. Si vero dirigitur ad Patrem : et mentio fit Filii in ipsa : in fine dicatur *Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum*. Si autem oratio dirigitur solum ad Filium : in fine dicatur *Qui cum [Deo]<sup>238</sup> Patre et Spiritu Sancto*. Et si mentio Spiritus Sancti in quacunque oratione fiat : in fine dicatur<sup>239</sup> : *eiusdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.*

### [*Accidentia misse.*]<sup>240</sup>

¶ *Incipiunt cautele<sup>241</sup> servande<sup>242</sup> quid agendum sit circa defectus vel casus qui oriri possunt in missa : et presertim circa consecrationem eucharistie. Primo : quid sit agendum cum sacerdos deficit.*<sup>243</sup>

Si sacerdos deficiat, sive moriatur ante canonem : non est necesse ut alius missam compleat. Si tamen alius vult celebrare debet ab initio missam reincipere, et totum rite peragere.

Si autem in canone deficiat : factis jam aliquibus signis : tamen ante transubstantiationem et<sup>244</sup> consecrationem sacramenti : tunc alius sacerdos ab illo loco ubi ille dimisit, debet reincipere : et tantum illud supplere quod omissum est.

Si autem sacerdos in actu consecrationis deficiat verbis aliquibus jam in parte prolatis, sed in toto non completis secundum Innocentium : alius sacerdos debet incipere ab illo loco, *Qui pridie*.

Si tamen sacerdos deficiat consecrato corpore : sed non sanguine : alius sacerdos compleat consecrationem sanguinis : incipiens ab illo loco, *Simili modo*.

Si consecrato corpore percipiat vinum non esse in calice : debet hostia munde reponi in corporali : et calice rite preeparato incipiat ab illo loco, *Simili modo*.

Si ante consecrationem sanguinis percipiat aquam non esse in calice : debet statim apponere et conficere.

Si autem post consecrationem sanguinis percipiat quod aqua desit in calice : debet nihilominus procedere, nec debet miscere aquam cum sanguine : quia pro parte sequeretur corruptio sacramenti : debet tamen sacerdos dolere : et puniri.

Si post consecrationem sanguinis percipiat quod vinum non fuerit positum sed aqua tantum in calice : siquidem hoc percipit ante sumptionem corporis : debet aquam deponere : et imponere vinum cum aqua, et resumere consecrationem sanguinis ab illo loco, *Simili modo*.

Si percipiat hoc post sumptionem corporis : debet apponere de novo aliam hostiam iterum cum sanguine consecrandam : secundum doctores in sacra pagina : [152v.] debet autem<sup>245</sup> resumere verba consecrationis ab illo loco, *Qui pridie*, in fine autem iterum debet sumere hostiam illam ultimo consecratam : non obstante si prius sumpsit aquam et etiam illum sanguinem. Innocentius tamen dicit : quod si ex prolongatione sacerdos timet scandalum : quod sufficiunt tantum illa verba per que consecratur sanguis, scilicet, *Simili modo*. : et sic sumere sanguinem.<sup>246</sup>

Quid autem faciet cum aquam sumpto corpore jam habet in ore : et jam primo sentit quod sit aqua : utrum debeat eam deglutire, vel emittere. Require in summa Hostiensis : in titulo de celebratione misse. Tutius tamen est eam deglutire, quam emittere, et hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat.

Item si sacerdos post consecrationem recordetur se non esse jejunum, vel commisisse aliquod peccatum, vel esse excommunicatum : debet nihilominus procedere cum proposito satisfaciendi : et absolutionem impetrandi.

Si autem ante consecrationem recordetur predictorum : tutius est missam

inceptam deserere : et absolutionem petere : nisi inde grave scandalum oriatur.

Item si musca, vel aranea, vel aliquid talium ante consecrationem in calicem ceciderit : vel etiam venenum immissum fore deprehenderit : vinum debet effundi quod est in calice : et abluto calice aliud vinum cum aqua poni ad consecrandum. Sed si aliquid horum post consecrationem acciderit : debet musca vel aranea vel aliquid talium caute capi et diligenter inter digitos pluries lavari : et vermis comburi : et ablutio cum cineribus combustis in sacrario reponi. Venenum autem nullo modo debet sumi : sed cum reliquiis debet sanguis talis cui venenum est immissum in vasculo mundo reservari.<sup>247</sup> Et ne sacramentum maneat imperfectum : debet calicem denuo rite preparare : et resumere consecrationem sanguinis ab isto loco, *Simili modo [postquam cenatum est]*.<sup>248</sup> Et nota quod secundum doctores nihil abomihabile sumi debet occasione hujus sacramenti.<sup>249</sup>

Item si sacerdos non recolit se dixisse aliquid horum que debuit dicere : non debet mente turbari : non enim qui multa dicit semper<sup>250</sup> recolit que dixit. Etiam si sibi pro certo constat quod aliqua omiserit : si talia non sunt de necessitate sacramenti sicut sunt secreta vel aliqua verba canonis : ultra procedat : nec aliquid resumat. Si tamen probabiliter sibi constat quod omisit aliquid : quod sit de necessitate sacramenti : sicut forma verborum per quam consecratur : omnia verba consecrationis super suam materiam resumere debet : quia consecratio facta non esset : quod tamen non oportet si premissa esset. Conjunctio *enim* vel alia verba que precedunt vel sequuntur formam : non sunt de ipsius substantia.

Si autem sacerdos dubitaret an aliquid verbum pertinens ad substantiam forme omisisset vel non : nullatenus debet servare formam conditionalem : sed sine temeraria assertionem formam totam super suam propriam materiam debet resumere cum hac intentione : quod si consecratio esset facta : nullo modo voluisset consecrasset<sup>251</sup> : sed si consecratio non esset facta : vellet corpus et sanguinem consecrare.

[153r.] Item si quis tempore consecrationis ab actuali intentione et devotione distractus fuerit : nihilominus consecrat : dummodo intentio habitualis in eo remanserit : summo sacerdote scilicet Christo supplente ejus defectum.<sup>252</sup> Si autem per nimiam distractionem habitualis intentio cum actuali tolleretur videtur quod deberet verba consecrationis cum actuali intentione resumere : sic tamen quod nollet consecrare si consecratio facta esset.

Item, si hostia consecrata propter frigus vel alia de causa labitur sacerdoti in



calicem : sive ante divisionem hostie sive post : non debet eam de sanguine extrahere : nec aliquid propter hoc reiterare vel immutare circa celebrationem sacramenti : sed procedat in signis et in aliis ac si haberet eam in manibus. Si eucharistia ad terram ceciderit : locus ubi jacuit radatur : et incineretur per ignem : et cinis juxta altare recondatur.

Item si per negligentiam aliquid de sanguine stillaverit super tabulam que terre adheret : stilla per sacerdotem cum lingua lambatur : et locus tabule radatur, et rasura igni comburatur et cinis juxta altare cum reliquiis recondatur : et quadraginta diebus peniteat cui hoc accidit.

Si vero super altare stillaverit calix : sorbeatur stilla et tribus diebus peniteat.

Si vero super lintheum et ad aliud stilla pervenerit : quattuor diebus peniteat. Si usque ad tertium : novem diebus peniteat. Si usque ad quartum stilla sanguinis pervenerit viginti diebus peniteat : et lintheamina que stilla tetigerit tribus vicibus lavet sacerdos vel diaconus calice supposito : et ablutio cum reliquiis recondatur.

Item, si quis aliquo casu gule, eucharistiam evomuerit, vomitus ille debet incinerari, et cineres juxta altare debent recondi. Et si fuerit clericus, monachus, presbyter, vel diaconus xl. diebus peniteat : episcopus lxx. laicus xxx. Si vero ex infirmitate evomuerit : quinque diebus peniteat.

Qui vero non bene custodit sacramentum : ita quod mus vel aliud animal comederit : xl. diebus peniteat.

Qui autem perdiderit illud : vel pars ejus ceciderit : et non fuerit inventa, xxx. diebus peniteat. Eadem penitentia videtur dignus sacerdos per cujus negligentiam putrescunt hostie consecrate. Dictis autem diebus penitens : debet jejunare : et a communione et a celebratione abstinere. Pensatis tamen circumstantiis delicti et persone : potest minui vel augeri penitentia predicta secundum arbitrium discreti confessoris. Hoc tamen tenendum est : quod ubicunque inveniuntur species sacramenti integre : reverenter sumende sunt : quod si sine periculo fieri non potest : sunt tamen pro reliquiis reservande.

Item si hostia vel pars hostia inventa fuerit sub palla vel corporali : et dubitatur si est consecrata vel non : debet eam post sumptionem sanguinis feverenter sumere, ut in titulo, De celebratione misse. plenius invenies.

Item circa materiam sanguinis vide ne sit agresta : vel vinum ita debile quod nullo modo habeat speciem vini. Ne sit aqua rubea expressa de panno intincto in vino rubeo. Ne sit acetum vel vinum omnino corruptum, ne sit claretum vel vinum de

moris, aut malogranatis confectum : quia veram speciem vini non retinent.

[153v.] Conficiens cum vino quod est in via corruptionis vel ad corruptionem tendens<sup>253</sup> : gravissime peccat (licet conficiat) quoniam non retinet speciem vini.

Item cavendum est ne apponatur nisi modicum de aqua : quia si tantum poneretur quod speciem vini tolleret : non conficeretur.

Item si qua hic desunt : requirantur in summa et lectura Hostiensis<sup>254</sup> in titulo de celebratione missarum.

### [[*Speculum sacerdotum.*]]

¶ *Speculum sacerdotum*<sup>255</sup> missam celebrare volentium.

Primo ante missam habenda sunt tria. Intentionis discussio. Generalis contritio. Et pura confessio.

¶ *Intentionis discussio.*

Ne propter vanam gloriam celebret.

Ne propter verecundiam celebret.

Ne propter alicujus persone favorem celebret.

Ne propter lucrum temporale celebret.

Ne propter consuetudinem celebret.

¶ *Generalis contritio.*

De omissis que facere debuit.

Et de commissis corde verbo et opere.

¶ *Pura confessio.*

Notabilium criminum notorum et ignotorum.

¶ *In missa sit*

Diligens circa locum idest recipere<sup>256</sup> possit utrumque.

Diligentior circa calicem ne sit fractus vel reparatus.<sup>257</sup>

Diligentissimus circa materiam ne hostia sit corrupta, vinum acetosum aut desit aqua.

¶ *In canone sit diligentia.*

Magna in signis ut diligenter faciat.

Major in verbis ut veraciter dicat.

Maxima in intentione ut firma fide consecrare intendat.

¶ *In consecratione habeat.*

Diligentiam ad conficiendum corpus Christi.

Reverentiam ad tangendum corpus Christi.

Devotionem ad sumendum corpus Christi.

¶ *In tangendo corpus Christi sit reverentia.*

Magna propter continentiam tam excellentis corporis Christi.

Major : propter continentiam tam excellentis anime Christi.

Maxima propter continentiam tam excellentis divinitatis Christi.

¶ *Quid in conscerando intendit facere.*

Deum per lachrymas colere.

Mortem Christi memorare.

Totam ecclesiam adunare.

¶ *Quid in consecrando intendit consequi.*

Augmentum dilectionis.

Inseparabilitatem unionis.

Accelerationem fruitionis.

¶ *Sit humilis oratio in primo et in secundo memento.*

Ne tam indignus minister indigne recipiat tam dignissimum mysterium.

Ne tam indevotus presbiter tam justissimum iudicem flectat in suum iudicium.

Ne tam immundus hospes tam excellentissimum hospitem a se repellat fetore criminum.

Et ut eum Dominus piissimus participem faciat electorum sacerdotum.

¶ *In primo memento pro se et pro vivis oret.*

Ut sint participes tanti mysterii.

Auditores habiles missarum officii.<sup>258</sup>

Contemptores humiles vanitatum mundi.

Satisfactores stabiles defectus proprii.

Et sectatores vigiles divini beneficii.

¶ *In secundo memento pro defunctis.<sup>259</sup>*

Ut per suavissimum misterium habeant contiuum subsidium.

Ut per preces ecclesie fidelium habeant suave a penis refrigerium.

Ut per hoc nostrum divinum viaticum habeant securum reditum ad sanctorum consortium.

¶ *Post missam sit summa gratiarum actio.*

De tanto pane suavissimo angelorum creatore creaturum recepto.

De tanto cibo perpetuo omium sanctorum creatore creaturarum recepto.

De tanto viatico proficuo Christi electorum creatore creaturarum recepto.

¶ *Bernardus dicit.*

O sacérdos corpus tuum quotidie<sup>260</sup> efficitur sepúlchrum Christi.

Quómodo ex ore tuo progrétidur fálstas : per quod ingréditur Véritas ?

Quómodo óculi tui vident vanitátem : qui quotidie aspíciunt Veritátem ?

Quómodo manus tue extendúntur ad ilícita : que tenent Tenéntem ómnia ?

Quómodo te reples et ingúrgitas vino : qui debes esse plenus Deo ?]<sup>261</sup>

[*Orationes ante missam.*]<sup>262</sup>

☩ *Oratio devota dicenda a sacerdote ante celebrationem misse.*<sup>263</sup>

**D**eus qui de indignis dignos facis :  
et de peccatoribus justos, et  
sanctos : et de immundis mundos :  
munda cor et corpus meum ab omni  
contagione et sorde peccati, et fac me  
dignum atque strenuum : sanctis al-  
taribus tuis ministrum : et concede  
propicius : ut in hoc altari ad quod  
indignus accedo, hostias acceptabiles

atque placabiles offeram pietati tue :  
pro peccatis et offensis meis : et  
innumeris quotidianisque excessibus  
meis, atque cunctorum simul Christi-  
anorum culpis abluendis : et per eum  
sit tibi votum meum acceptabile : qui  
se tibi Deo Patri pro nobis obtulit  
sacrificium. Qui tecum vivit et  
regnat.<sup>264</sup>

[☩ *Oratio dicenda ante missam.*

**D**eus, qui de indignis dignos, de  
peccatoribus justos,<sup>265</sup> de  
immundis mundos facis : munda cor  
et corpus meum ab omni contagione :  
et sorde peccati et fac me dignum  
altaribus tuis ministrum : et concede  
propicius ut in hoc altari ad quod  
indignus accedo hostias acceptabiles  
offeram pietati tue pro peccatis et  
offensionibus meis et innumeris  
quotidianis<sup>266</sup> excessibus : et pro om-  
nibus hic circumstantibus universis-

que michi familiaritate et<sup>267</sup> affinitate  
conjunctis atque me odio aliquo  
insectantibus et adversantibus :  
cunctisque fidelibus Christianis vivis  
et mortuis : et per eum sit tibi meum  
votum atque sacrificium acceptabile  
qui se tibi Deo Patri obtulit in  
sacrificium Jesus Christus Filius tuus  
Dominus noster. Qui tecum vivit et  
regnat [in unitate Spiritus Sancti  
Deus. Per omnia secula seculorum.  
Amen].<sup>268</sup><sup>269</sup>


☩ *Orationes dicende a sacerdote ante missam celebrationem.*<sup>270</sup>

**D**omine non sum dignus ut  
intres sub tectum meum : sed  
confisus de tua pietate ad altare tuum  
accedo : infirmus ad medicum vite :  
cecus ad lumen claritatis eterne :  
egenus ad Dominum celi et terre :

nudus ad regem glorie : ovis ad  
pastorem : figmentum ad suum crea-  
torem : desolatus ad pium consola-  
torem : miser ad misericordem :  
criminosisus ad venie largitorem :  
impius ad justificatorem : induratus

ad grátie infusórem : rogans imménse misericórdie tue abundántiam : quátenuis meam dignéris sanáre infirmitátem : laváre feditátem : illumináre cecitátem : ditáre paupertátem : vestíre nuditátem : redúcere erráneum<sup>271</sup> : consolári desolátum : reconciliáre reum : peccatóri dare véniam : mísero indulgéntiam : criminóso vitam : mórtuo justificatióem : ut te panem angelórum, Regem regum, et Dóminum dominántium recípere mérear, ea

*Alia oratio.*


 Bsécro te piíssime Dómine Jesu Christe : ut per mérita beatíssime vírginis Maríe matris tue : et ómnium sanctórum et sanctárum tuárum dóceas me, et permíttas cum tanta cordis puritáte mentísque mundícia : cum tanta devotióne et reveréntia : ad tam mirábile sacraméntum córporis et sánguinis tui accédere : quanta decet et expedit ánime mee : séntiat benigníssime Dómine Jesu Christe cor meum dulcédinem beáte preséntie tue : sit tótius mei languóris spiritalis purgátio : sit scelérum meórum ablútió<sup>273</sup> : sit mihi contra infínita hujus mundi perícula protéctio, gustet nunc ánima mea quam suavis es Dómine : ut te gustáto omnis ab ea carnális volúptas discédet. O panis delectábilis, O

córporis castitáte, et ánimi puritáte : ea cordis contritióne et lacrymárum fonte : ea letítia spirituáli et celésti gáudio : eo timóre et tremóre : ea reveréntia et honóre : ea fide et humilitáte : eo propósito et amóre : ea devotióne et gratiárum actióne : ea quibus opórtet et decet : ita ut prosit mihi ad vitam etérnam : et in remissióem ómnium peccatórum meórum. Amen.<sup>272</sup>

reféctio vitális : O esca desiderábilis, [154r.]  
O épulum perdúlce ómnia reficiens et nunquam deficiens : ángeli et spíritus justórum pleno ore te sumunt, pláceat tibi Dómine ut nunc te sumat fidéliter ánima mea péccatrix in sua peregrinatióne : ut a te virtútem recípiens, iter suum per te usque ad te perficiat sine impediménto Sáthane, mortífica in membris meis et in corde meo omnes stímulos carnis, et omnes libidinósas commotiónes : ut tu rex vírginum et amátor castitátis in meo tabernáculo quiétam hábeas mansiónem tu Dómine nosti quot et quantis flúctibus lesa est ánima mea, sed tu Dómine qui es summus médicus veni et sana eam : cui est trádita omnis potéstas et impérium : per infínita sécula seculórum.


Amen.<sup>274</sup>

[ *Oratio ante missam dicenda.*

 Mnípotens sempitérne<sup>275</sup> Deus ecce accédo ad sacraméntum córporis et sánguinis unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi : accédo inquam infirmus ad médicum vite : immúndus ad fontem misericórdie, cecus ad lumen claritátis etérne,<sup>276</sup> nudus ad regem glórie. Rogo ergo imménse majestátis tue abundántiam : quátenus meam dignéris sanáre infirmitátem, laváre<sup>277</sup> feditátem, illumináre cecitátem, ditáre paupertátem, vestíre nuditátem : ut panem angelórum : regem regum, dóminum dominántium, tanta reveréntia et tremóre, tanta suscípam contritióne et amóre, tanta fide et

puritáte, tali propósito et humilitáte : sicut expedit ánime mee. Da michi queso illíus Domínici córporis et sánguinis non solum suscípere sacraméntum : sed étiam virtútem sacraménti. Dulcíssime Deus<sup>278</sup> da michi sic suscípere corpus Unigéniti tui Dómini nostri Jesu Christi quod traxit de vírgine María, ut córpori suo mýstico mérear incorporári ac inter ejus membra connumerári. O Pater amantíssime, concéde michi diléctum Fílium tuum quem quidem velátum suscípere propóno : reveláta tandem fácie contemplári. Qui tecum et cum Spírítu Sancto vivit et regnat in sécula seculórum. Amen.]<sup>279</sup>

[ *Oratio devota de sacramento altaris.*

 Mnípotens et miséricors Deus ecce accédo ad sacraméntum córporis et sánguinis unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi : accédo inquam infirmus ad médicum vite, immúndus ad fontem misericórdie. Rogo ergo imménse majestátis tue abundántiam quátenus meam dignéris sanáre infirmitátem, ditáre paupertátem, ut panem angelórum, regem regum, tanta reveréntia et tremóre, tanta contritióne et amóre

suscípam, sicut expedit ánime mee. Da michi queso illíus domínici córporis et sánguinis non solum suscípere sacraméntum : sed étiam virtútem sacraménti. Dulcíssime Deus da michi sic suscípere corpus unigéniti tui Dómini nostri Jesu Christi : quod traxit de vírgine María : ut córpori suo mýstico mérear incorporári : ac inter ejus membra connumerári. O Pater amantíssime concéde michi diléctum Fílium tuum

quem quidem velátum suscipere propóno, reveláta tandem fácie contemplári. Qui tecum et Spíritu

Sancto vivit et regnat in sécula seculórum. Amen.]<sup>280</sup>

### [*Orationes post missam.*]<sup>281</sup>

¶ *Oratio dicenda [a sacerdote]<sup>282</sup> post missam.*

✠ Mnípotens sempitérne Deus conservátor animárum mundi- que redémptor : me fámulum tuum ante majestátem tuam prostrátum benigníssime réspice : et hoc sacrificium quod in honóre nóminis tui pro salúte fidélium tam vivórum quam mortuórum ac étiam pro peccátis et offensióibus nostris obtuli, piíssime réspice : iram tuam amóve a me : grátiam et miseri-

córdiam tuam mihi concéde : jánuam paradísi mihi pande : et ab ómnibus malis me poténter éripe : et quicquid reátu próprio commísi indúlge, sic in hoc século precéptis tuis me fac perseveráre : ut dignus efficiar electórum gregi copulári : te prestánte Deus meus cujus nomen benedíctum, honor atque regnum pérmanet in sécula seculórum. Amen.<sup>283</sup>

¶ *Oratio dicenda a sacerdote post missam.*

✠ Mnípotens sempitérne Deus Jesu Christe Dómine esto propícuis peccátis meis : per assumptiónem córporis et sánguinis tui, tu enim loquens dixísti, Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, in me manet et ego in eo.<sup>284</sup> Ideo te supplex déprecor

: ut in me cor mundum crees, et spíritum rectum in viscéribus meis innoves<sup>285</sup> : et spíritu principáli me confirmáre dignéris : atque ab ómnibus insídiis dyáboli ac víciis emúndes ut gaudiórum celéstium mérear esse párticeps. Qui vivis et regnas.]<sup>286</sup>

¶ *Oratio dicenda a sacerdote post missam.*

✠ Rátias tibi ago Dómine Deus omnípotens Pater qui me dignátus es satiáre córpore et ságuine dilécti Fílii tui, Dómini nostri Jesu

Christi. Déprecor imménsam cleméntiam tuam, omnípotens et miséricors Dómine ut hec sancta commúnio non sit michi ad júdicium



seu ad condemnatióem sed sit michi arra fidéi et scutum bone voluntátis ad evacuándas insídias inimíci de mente mea, ad extirpándam supérbie pestem gule libídinem : et lingue procacitátem, et ad illud introíre convívium ubi lux vera et ubi sunt perpétua gáudia justórum. Item peto Dómine ut hec sancta commúnio sit michi dux et viáticum ad portum salutis etérne. Ipsa sit michi consolátio : dum tríbulator in cogitatióibus, in bono propósito amor suavíssimus : in tribulatióne et angústia paciéntia, in infirmitáte medicína. Per hec

sacraménta<sup>287</sup> mystéria que sumpsi, presta michi fidem rectam, spem firmam, caritatémque perféctam, mundi abrenunciatióem, desidérii purificatióem, mentis dulcédinem, tui<sup>288</sup> ardéntem dilectiόem dilécti<sup>289</sup> Fílii tui passiόis memóriam ac viscerósam compassiόem : vitam meam plenam virtútibus in tua laude et sincéra fide serváre, et in hora éxitus mei grátiam tanti mystérii cum vera fide, certa spe et sincéra charitate percípere : ut te vídeam sine fine. Amen.]<sup>290</sup>

[*Admonitio ad sacerdotes.*]

[Présbyter in mensa Christi<sup>291</sup> quid agis, bene pensa.

Aut tibi vita datur : aut mors etérna parátur.

Dum candéla luit : se déstruit officiándo.

Présbyter ita ruit : si sit reus, celebrándo.

Mors tua mors Christi, fraus mundi, glória celi.

Et dolor inférni : sunt memoránda tibi.]<sup>292</sup>

[**C** *Oratio valde bona dicenda post celebrationem misse.*


**G**Rátias ago tibi dulcíssime Dómine Jesu Christe lux vera : salus credéntium, solátium trístium, spesque cunctórum : gáudium angelórum quod me míserum et magnum peccatórem fámulum tuum hódie sacratíssimo córpore et sáanguine tuo

páscere dignátus es. Ideo ego míserimus et innumerabílibus crimínibus inféctus lacrymósis précibus implóro benigníssimam misericórdiam tuam et summam cleméntiam : ut hec dulcíssima reféctio summa et incomprehensíbilis commúnio non sit michi in


judicio ánime mee sed prosit michi in remédium ad evacuándas omnes insídias et nequítias diabólice fraudis ita ut nulla ejus dominétur iniquitas in corde, córpore, ánima, et sénsibus


meis : sed tua cleméntia me perdúcat ad supérna convívia angelórum ubi tu es vera beatitúdo, clara lux, sempitérna letítia. Amen.]<sup>293</sup>

[ *Oratio dicenda post missam.*

 Mnípotens sempitérne Deus misericordíssime qui venísti peccatóres redímere, peto te per dulcíssimum sacraméntum córporis et ságuinis tui mystérium quod ego indígnus accépi ut mihi dones indulgéntiam et remissionem ómnium peccatórum meórum preséntium et futurórum : ut dignam ágere váleam peniténtiam : in bonis opéribus

perseverántiam hábeam ac toto corde meo te intelligere et que tibi plácita sunt tota dilectióne perficere : et te puro corde meditári : et post hanc vitam nunquam a te separári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.]<sup>294</sup>

[ *Oratio post missam dicenda.*

 Rátias tibi ago Dómine Jesu Christe qui me immúndum et indígnum peccatórem ad sacerdotálem dignitátem pervenire fecísti, et mihi hódie ex dono largíflue bonitátis tue, et non ex meis méritis, concessísti grátiam consecrándi et percipiéndi sacratíssimum corpus tuum et ságuinem, et concéde queso per benigníssimam misericórdiam et ineffábilem pietátem et sanctíssimam passionem et crucem tuam : ut hoc ineffábile sacraméntum quod sumpsi indígnus peccátor, non sit mihi reátus

ad penam : sed intercésio salutáris ad véniam ut quicquid hódie ad sanctum altáre tuum delíqui, cogitatióibus pravis, ilícitis, immúndis, minóre reveréntia quam débui, gestu, actu, vel áliqua negligéntia iteratióne verborum, vel corruptiÓne mentis : vel quocúnque modo, tuam sanctíssimam pietátem implóro, quátenus mihi cleménter indulgére, et me pleníssime ab his et ab ómnibus dignéris absolvere. Qui cum Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.]<sup>295</sup>

[**¶** *Oratio preambula ad canonicum servitium septem horarum.*

**S**epties in hac die laudem dicam tibi Dómine memor óperum tuórum magnórum nimis et mirabílium quibus univérſa septem diébus ab iníſio condidíſti : memor pretérea ſeptifórmis grátie tui Sancti Spíritus cujus in ſíngulis ſeptem horis canónicis quas ego indignus ſacro et regulari inſtitúto tue eccléſie ad laudem tui ſancti nóminis coram te hódie dícere propóno. Sínguli michi obſécro dona gratiárum largíri dignáre quátenus illo tuo beatíſſimo Spíritu ſeptémque ſuis munéribus abúnde replétus et velut colúmnis ſeptem quas in domus ſue edificatióne ſapiéntia excídit ſuffúltus per círculum ſeptem feriárum quibus in orbem repetítis témpora volvúntur perque decúrſum ſeptem etátum quibus aſſidue mortális infirmitas ad mortem procédit : ita tibi placére mérear ut per laborióſum mýſtici ſeptenárii in ſeptem virtútum operatióne exercítium ſeptem mortífera peccáta que ſunt ſeptem demónia ab illa evangélica María per Chriſtum ejectione vitáre valeam ſeptémque nequióres ſpíritus quos ille fortis armátus ad

hóminum ſubverſiónem ſecum aſſúmit ſuperáre tandémque ad triumphálem octonárium beatitúdinum poſt peráctam préſentis vite militiam perdúci. Rogo autem tuam cleméntiſſimam pietátem ut dum canónicas has horas laudi tue majestátis exólvo cordi meo ſemper dignéris aſſíſtere linguam meam gubernáre ut apte íntegre perfécte, tractim, et diſtíncte verba pronúnciet mentem a vagis ac volatílibus cogitatióibus expedíre ad teque dum tecum lóquitur : indeniénter atténtam effícere ne dum per rerum imágines a te qui ſecréto conſciéntie delectáris foris egrediéndo diſcédit étiam te a ſe mérito diſceſſiſſe míſera défleat. Accipe ígitur ex ore meo ſacrificium laudis ſalutáre quod te honoríficet meque hóſtiam vivam ſanctam, probátam, tibi plácitam, coram te ófferat et diffúnde grátiam tuam in lábiis meis ut de corde bono eructáre verbum bonum et propter grátiam labiórum te regem amícum hábeam dumque in voce exultatiónis et confeſſiónis os meum apériam : tua illud benedictiόe implére dignéris. Amen.]<sup>296</sup>

[**¶** *Oratio beatíſſimi Auguſtini dicenda per ſacerdotem ante miſſam pro devotiōe ſua.*

**S**umme ſacérdos et vere pónſifex  
Jesu Chriſte qui te obtulíſti

Deo Patri hóſtiam puram et immaculátam in ara crucis pro nobis

miseris peccatoribus, qui dedisti carnem tuam ad manducandum, et sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti istud mysterium in virtute Spiritus Sancti dicens, Hec quotiescunque feceritis : in mei memoriam faciatis. Ego vero memor hujus venerande passionis confugio et accedo ad altare tuum licet<sup>297</sup> peccator indignus ut offeram tibi sacrificium quod tuipse instituisti : et offerri precepisti in commemoratióne tua pro salute nostra. In quo quidem caro tua in veritate sumitur. Sanguis tuus in veritate bibitur, ima summus<sup>298</sup> : divina humanis conjunguntur. Sed quis digne hoc celebrare potest : nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum. Certe scio : et idipsum bonitati tue confiteor : quod non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea : et negligentias meas infinitas. Sed scio

et veraciter credo totoque corde et ore confiteor : quia tu potens es me facere dignum : qui solus de indignis dignos, de immundis mundos, de peccatoribus justos facis et sanctos. Per hanc igitur omnipotentiam tuam et inenarrabilem caritatem implorando, clementiam tuam te rogo : ut michi peccatori quem inter cetera dona ad officium sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis : sed sola dignatione misericordie tue concedere digneris hoc celeste sacrificium celebrare ac tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, devotione et timore, ac cordis puritate : quibus decet, de ipsoque credere, intelligere, sentire, firmiter retinere : dicere et cogitare quod tibi placet : et expedit anime mee : ita ut placide ac benigne suscipias de manibus meis ad salutem mei : et omnium tam vivorum quam defunctorum. Qui vivis et regnas. ]<sup>299</sup>

[Oratio sancti Augustini ante introitum missam.<sup>300</sup>

**S** Umme sacerdos et vere pontifex qui te optulisti Deo Patri, hostiam puram et immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus, quique dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, et sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti illud mysterium in virtute Spiritus tui dicens, Hoc<sup>301</sup> quotiescunque feceritis in mei

memoriam faciatis. Rogo per sanguinem tuum preciosum magnum salutis nostre precium, rogo per hanc miram et ineffabilem caritatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es<sup>302</sup> ut lavares nos a peccatis nostris in sanguine tuo, doce me servum tuum<sup>303</sup> indignum quem etiam inter cetera dona tua ad

officium sacerdotale vocare dignatus es nullis meritis meis, sed sola miseracione misericordie tue, doce me queso per Spiritum Sanctum tuum tantum tractare misterium ea reverentia et timore, ea devocione et honore quibus oportet et decet, fac me per gratiam tuam semper illud de tanto misterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare quod tibi placet et expedit anime mee. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono et sine<sup>304</sup> strepitu verborum loquatur omnem veritatem tantorum misteriorum, profunda quippe sunt nimis et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam : concede michi missarum sollempnia puro corde et munda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, et nefandis, vanis, et variis, et noxiis cogitationibus.<sup>305</sup> Muni me beatorum angelorum tuorum<sup>306</sup> pia et fida custodia atque fortissima tutela ut hostes omnium bonorum confusi discendant. Per virtutem tanti misterii, et per manus sancti angeli<sup>307</sup> tui repelle a me et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbie, et cenodoxie, invidie, et blasphemie, fornicationis et immundicie, dubitatis et diffidencie. Confundantur qui nos<sup>308</sup> persecuntur, pereant illi qui

perdere cuncta festinant. Rex virginum amator castitatis et integritatis Deus, celesti rore benedictionis tue extingue in corde meo totum fomitem ardentis libidinis, ut maneat in me tenor tocus castitatis corporis et anime. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commociones, et da michi veram et perpetuam castitatem cum ceteris donis tuis que tibi placent in veritate, ut sacrificium laudis casto corpore et puro corde tibi cotidie valeam offerre. Quanta enim cordis contricione et lacrimarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate et anime puritate istud<sup>309</sup> divinum et celeste sacrificium est celebrandum Domine, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi<sup>310</sup> sanguis tuus in veritate bibitur, ubi<sup>311</sup> ima summis junguntur, ubi<sup>312</sup> adest sanctorum presenciam angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne hec celebrare potest, nisi tu omnipotens Deus offerentem feceris dignum. Scio Domine<sup>313</sup> et vere scio et idipsum bonitati tue confiteor quod non sum dignus accedere ad tantum misterium propter nimia peccata mea,<sup>314</sup> et infinitas negligencias meas. Sed scio et veraciter credo ex toto corde meo, et ore confiteor quia tu potes facere

me dignum qui solus potes *f*acere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus justos facis et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo concede michi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrimarum fonte, cum leticia spiritali et gaudio celesti. Senciat mens mea dulcedinem beatissime presencie tue, et excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo.<sup>315</sup> Ego enim memor venerande passionis tue accedo ad altare tuum licet peccator ut offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, et offerri precepisti in commemoracione tua pro salute nostra. Peto clemenciam tuam Domine Jesu Christe<sup>316</sup> ut descendat super panem et calicem hunc plenitudo tue divinitatis. Descendat eciam Domine illa<sup>317</sup> Spiritus tui invisibilis incomprehensibilisque majestas sicut quondam in hostiis patrum descendebat, qui et oblaciones nostras corpus et sanguinem tuum efficiat,<sup>318</sup> et me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare misterium cum cordis puritate et lacrimarum fonte cum reverentia et tremore, ita ut placide et benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam vivorum quam defunctorum.<sup>319</sup>

Rogo eciam te<sup>320</sup> Domine per ipsum sacrum misterium corporis et sanguinis tui quo cotidie in ecclesia tua pascimur, et potamur, abluimur, et sanctificamur, atque unius summe divinitatis participes efficimur,<sup>321</sup> da michi virtutes tuas sanctas quibus replatus bona consciencia ad altare tuum accedam, ita ut hec celestia sacramenta efficiantur michi salus et vita. Suscipe ergo sacrificium istud queso summe Pastor pro ecclesia tua sancta et pro populo tuo quem adquisisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te et eundem populum tuum medium esse voluisti licet in me boni operis testimonium non cognoscas : officium saltim dispensacionis credite non recuses, nec per me indignum salutis eorum pereat precium : pro quibus victima factus salutaris, dignatus es esse redemptio. Profero ergo Domine si digneris propicius intueri tribulaciones plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopias debilium, desperaciones languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim misereris omnium Domine et nichil odisti eorum que fecisti. Memorare que sit substancia nostra. Tu Deus noster es, ne irascaris satis,

neque multitudinem víscerum tuórum super nos contíneas. Non enim in justificaciónibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam, sed in miseraciónibus tuis multis. Aufer a nobis Dómine iniquitátes nostras et ignem Sancti Spíritus in nobis cleménter accénde. Aufer cor lapídeum a carne nostra, et da nobis cor cárneum quod te tímeat, te amet, te díligat te sequátur : te perfruátur. Orámus Dómine cleménciam tuam ut famíliam tuam sacri nóminis tui officia prestolántem seréno aspícere dignéris vultu, et ut núllius sit írritum votum, núllius vácuá postuláció, tu preces nobis súggere quas ipse propícus audíre et exaudíre delectéris. Rogámus te éciam bone Jesu, et pro spirítibus fidélium defunctorúm, ut sit illis sánitas, salus, gáudium, et refrigeríum hoc magnum pietátis sacraméntum. Deus meus, sit illis magnum et plenum convívium de te pane vivo qui descendísti de celo, et das vitam mundo, de tua carne sancta et benedícta agni vidélicet immaculáti qui tollis peccáta mundi que de sancto et glorióse vírginis Maríe útero est assúmpta et de Spíritu Sancto concépta, de illo inquam pietátis fonte qui per lanceam mílitis ex tuo sanctíssimo látere feliciter emanávit, ut ex inde refécti, et saciáti, refrigeráti

et consoláti exúltent in laude et glória tua.<sup>322</sup> Tu enim dixísti ore tuo sancto et benedícto. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Qui mandúcat me, ipse vivet propter me, et<sup>323</sup> ipse manet in me et ego in eo. Ego sum panis vivus qui de celo descénde. Si quis manducáverit ex hoc pane vivet in etérnum. Panis dulcíssime sana palátum cordis mei, ut sénciam suavitétem amóris tui. Sana cor meum ab omni languóre ut preter te non<sup>324</sup> queram amórem, nullam preter te querat vel<sup>325</sup> amet pulchritúdinem. Panis candidíssime habens omne delectaméntum et omnem sapórem qui nos semper réfcis et in te<sup>326</sup> nunquam defícis cómedit te cor meum et dulcédine sapóris tui repleántur víscera ánime mee. Mandúcat te ángelus pleno ore, mandúcet<sup>327</sup> te peregrínus homo<sup>328</sup> pro módulo suo ne deficere possit in via tali recreátus viático. Panis sancte panis vive, panis pulcher, panis munde qui descendísti de celo et das vitam mundo, veni in cor meum et munda me ab onini inquinaménto carnis et spíritus. Intra in ánimam meam, et sana et sanctífica me intus<sup>329</sup> et extérius, esto tutaméntum et contínua salus córporis et ánime mee. Repélle a me insidiántes michi hostes. Recédant procul a poténia

presencie tue, ut foris et intus  
munitus per te recto tramite ad  
regnum tuum perveniam, ubi non  
misteriis sicut in hoc tempore agitur,  
sed facie ad faciem te videbimus.  
Interim hoc agendum hoc certe  
frequentandum commendasti ecclesie  
tue quousque venias in fine seculi  
quando erit sanctorum requies, non  
adhuc in sacramento quo in hoc  
tempore consociantur me[m]bra tua

quamdiu bibitur quod de latere tuo  
manavit, sed tam in ipsa perfectione  
eternae salutis cum tradideris regnum  
Deo Patri, et erit Deus omnia in  
omnibus, ut in illa perspicua con-  
templatione tue incommutabilis veri-  
tatis nullis misteriis egeamus. Tunc  
enim me de te saciabis sacietate  
mirifica, ita ut neque esuriam neque  
siciam in eternum. Amen.<sup>330]</sup><sup>331</sup>

¶ *Incipit dictamen beati Augustini de regimine sacerdotum.*

¶ Iri venerabiles sacerdotes Dei.  
Precones altissimi, lucerne fidei.

Caritatis radio fulgentes et spei.  
Auribus percipite verba oris mei.

Vos in sanctuario Dei deservitis.  
Vos vocavit palmites Christus vera vitis.  
Cavete ne steriles aut inanes sitis.  
Si cum vero stipite vivere cupitis.

Vos estis catholice legis protectores.  
Sal terre lux hominum ovium pastores.  
Muri domus Israel : morum correctores.  
Judices ecclesie, gentium doctores.

Si cadat protectio legis : lex labetur.  
Si sal evanuerit in quo salietur ?  
Nisi lux appareat : via nescietur.  
Nisi pastor vigilet ovile frangetur.

Vos existis vineam Dei propagare.  
Quam doctrine rivulis debetis rigare.  
Spinas atquo tribulos procul extirpare.  
Ut radices fidei possint germinare.



Vos estis in area boves triturantes.  
Prudenter a palea grana separantes.  
Vos habent in speculo legem ignorantes.  
Laici qui fragiles sunt et inconstantes.  
Quicquid vident laici vobis displicere.  
Sibi procul dubio dicunt non licere.  
Quicquid vos in opere vident adimplere.  
Credunt esse licitum et culpa carere.  
Cum pastores ovium sitis constituti.  
Non estote desides sicut canes muti.  
Vobis non deficiant latratus veriti.<sup>332</sup>  
Lupus rapax invidet ovium saluti.  
Grex fidelis duplici cibo sustinetur.  
Corpore Dominico, quo salus augetur.  
Sermonis compendio, quod discrete detur.  
Mundano cibario ne periclitetur.  
Omibus tenemini<sup>333</sup> vestris predicare.  
Sed quid quibus qualiter, ubi quando quare.  
Debetis sollicite preconsiderare.  
Ne quis in officio dicat vos errare.  
Spectat ad officium vestre dignitatis.  
Gratie petentibus dona dare gratis.  
Nec cuiquam fidei munera vendatis.  
Incursuros gregibus lepra vos fiatis.  
Gratis eucharistiam plebi ministrare.  
Gratis confitemini, gratis baptizate.  
Ut gratis accepistis : sic et gratis date.  
Solum id quod fuerit vestrum conservate.  
Vestra conversatio sit religiosa.  
Munda conscientia virtus virtuosa.  
Regularis habitus sit honorosa.<sup>334</sup>

Nulla vos coinquet labe criminosa.  
Nullus fastus intima premat vestre mentis.  
Gravis sit intuitus, habitus sit testis.  
Nichil vos illaqueet curis inhonestis.  
Quibus claves tradite sunt regni celestis.  
Estote breviloqui, ne vos ad reatum.  
Protrahat loquacitas, nutrix vanitatum.  
Verbum quod proponitis sit abbreviatum.  
Nam in multiloquio non deest peccatum.  
Estote benevoli sobrii prudentes.  
Justi casti simplices et compatientes.  
Hospitalis humiles subditos docentes.  
Consulentes miseros pravos corrigentes.  
Utinam sic gerere curam pastorem.  
Possitis, et ducere vitam spiritalem.  
Ut cum exueritis chlamydem carnalem.  
Induat vos Dominus stolam eternalem. Amen.]<sup>335</sup>

[ **¶** *Sequuntur Orationes in missis dicende pro bono felici ac prospero statu Christianissimi atque excellentissimi regis nostri Henrici vij. (vij.)*<sup>336</sup>

[*Oratio.*]

**Q**uésumus omnipotens et miséricors Deus ut rex noster Henricus séptimus (octávus) qui tua miseratióne regni suscepit gubernacula virtutum ómnium percípiat incrementa : quibus decéner ornátus vitiórum voráginem devitáre córporis

incolumitáte gaudére hostes superáre : et in tranquílla pace dum in humánis aget tam feliciter possit sua témpora pertransíre ut post hujus vite decúrsum ad te qui via véritas et vita es gratiósus váleat perveníre.

*Secreta.*

**M**unera, quésumus, Dómine, obláta sanctífica, ut nobis Unigéniti tui corpus et sanguis fiant,

et fámulo tuo Henríco séptimo (octávo) regi nostro ad<sup>337</sup> obtinéndum ánime corporisque salútem : et ad

peragendum in firma fide et sólida  
pace injunctum sibi officium te

largiente usquequaque proficiant.

*Postcommunio.*

**H**ec quésumus Dómine salutáris  
sacraménti percéptio fámulum  
tuum Henricum séptimum (octávum)  
regem nostrum ab ómnibus tueátur  
advérsis, quátenus diutúrnam et

prósperam vitam in tranquillitáte  
ecclesiástice pacis obtíneat : et post  
hujus vite decúrsum ad etérnam  
beatitúdinem tua grátia cooperánte  
pervéniat.]<sup>338</sup>

[**C** *Benedictio agni paschalis ovorum et herbarum in die pasche.*

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spírítu tuo.

[*V.*] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus celi, terréque dominátor  
qui das escam omni carni, et  
reple omne ánimál bene~~✠~~dictióne :  
béne~~✠~~dic et sanctífi~~✠~~ca hanc crea-

túram agni paschális, et nobis dona  
tua suméntibus ánime et córporis  
sanitátem concéde. Per Christum  
[Dóminum nostrum. Amen.]

**D**eus qui univérsé carnis es  
Cónditor : qui Noe et filiis suis  
de mundis et immúndis animábus  
precépta dedísti : quique sicut ova et  
ólera herbárum humáno géneri, et  
quadrupédia munda édere permisísti :  
et qui agnum paschálem in Egípto  
Móysi et pópulo tuo in vigília pasche  
comédere precepísti : in figúra agni  
Dómini nostri Jesu Christi, cujus  
sángine ómnia primogénita tibi de  
mundo redemísti, et nocte illa omne  
primogénitum in Egípto percútere

precepísti, servans pópulum agni  
sángine prenotátum, dignáre Dó-  
mine Deus omnípotens bene~~✠~~dicere  
et sanctífi~~✠~~ficáre hunc agnum pas-  
chálem : ut quicúnque ex pópulo tuo  
fidéliter de illo coméderit : omni  
benedictióne celésti et grátia tua  
saturitáte repleántur in bonitáte. Per  
quem hec ómnia Dómine cóndita  
sunt, et ab inítio creáta Salvátor  
mundi. Qui vivis et regnas Deus. Per  
ómnia sécula seculórum. Amen.

[**C** *Deinde aspergantur omnia aqua benedicta, et thurificentur a sacerdote.*]<sup>339</sup>

## ¶ *In festo recollectionis festorum beate Marie.*<sup>340</sup>

*Officium.*



Audeámus omnes in Dómino dies festum celebrántes sub honóre Maríe vírginis : de cuius solennitatibus gaudent ángeli et colláudant Fílium Dei. *Ps.* Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. [Glória Patri.]<sup>341</sup>

*Oratio.*

**D**eus qui nos conceptionis, nativitátis, annunciatiónis, visitatiónis, purificatiónis, assumptiόνis beáte et glorióse vírginis Maríe gáudia recoléndo letificas : concéde nobis sic láudibus ejus et servítio digne insístere : ut étiam<sup>342</sup> in omni neces-

sitate et angústia et precípue in hora mortis presentem et auxiliátricem sentiámus : et tecum post mortem per ipsam et cum ipsam gaudére mereámur in celis. Per Dóminum [nostrum].<sup>343</sup>

*Lectio libri sapientie.* (Cant. *ij.* 10, 13-14, *iv.* 1-2, 7-8, 9, 11.)<sup>344</sup>

**S**urge própera amíca mea speciósa mea et veni colúmbea mea in foramínibus petre, in cavérna macérie. Osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis. Vox enim tua dulcis est : et fácies tua decóra. Quam pulchra es amíca mea : quam pulchra es : óculi tui columbárum, absque eo quod intrínsecus latet. Capílli tui sic greges caprárum que ascendérunt de monte

Gálaad. Dentes tui sicut greges tonsárurum : que ascendérunt de laváchro. Tota pulchra es, amíca mea : et mácula non est in te. Veni de Líbano sponsa mea : veni de Líbano, veni coronáberis. Vulnerásti cor meum soror mea sponsa vulnerásti cor meum. In uno oculórum tuórum, et in uno crine colli tui : mel et lac sub lingua tua : et odor vestimentórum tuórum, sicut odor thuris.

[164v.] *Gradale.* Luce splendida fulgébis : et omnes fines terre adorábunt te. *℣.* Natiónes ex longínquo ad te vénient : et múnera deferéntes adorábunt in te Dóminum et terram tuam sanctificatióem habébunt.

Allelúya. *℟.* Beáti omnes qui diligunt te o virgo, et qui gaudent super pace tua : benedíctus Dóminus qui exaltávit te et pósuit super te regnum ejus in sécula seculórum.

*Sequentia.*

**M**ittit ad stérilem non quemvis núncium : sed summi ángelum luce refulgéntem, amátor hóminis.

Mirátur et credit, et leta cóncipit Dei genitricem : quam gaudens péperit, cunctis amábilem.

Virgo singuláris manet in ábdito, mente servit Deo cánticis et hymnis, mundo profutúra.

Castum propósitum voto confirmávit, ángelos merétur habére consórtes : nostra repáratrix.

A summo cárdine mittit archángelum : audit et súscipit puélla núncium, credit et cóncipit.

Féstinat grávida virgo puérpera : vísitat sterílem matrem precursóris, Rex<sup>345</sup> ineffábilis.

Mundi redemptórem péperit intácta : gáudium ángelis prétium hóminum : victísque triúmphum.

Húmilis infántem Deo representat : illi munus offert quod lex precéperat, hoc senex éxcipit.

Mundi domínatrix choros angelórum transcéndit : assúmpta regína celórum, Dei mater alma.

Illic concathédra virgínum Fílius : impónit corónam super caput ejus, ad glóriam Dei.

Ista mirífica plebs tua célebrat : tibi mente psallit, et voce júbilat mater orphanórum.

Pro nobis óbtine génitrix véniam : et reátum dílué et dona pátriam in arce síderum. Amen.

¶ *Secundum Lucam.* (vide I. 39-47.)

**I**N illo témpore. Exúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda, et intrávit in

domum Zacharíe : et salutávit Elisabeth. Et factum est ut audívit salutatióne[m] Maríe Elisabeth : exultávit

Orationes ante missam.

---

in gáudio<sup>346</sup> infans in útero ejus. Et repléta est Spíritu Sancto Elisabeth : et exclamávit voce magna : et dixit, Benedícta tu inter mulieres : et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc michi : ut véniat mater Dómini mei ad me ? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tue in

áuribus meis : exultávit infans<sup>347</sup> in útero meo. Et beáta quæ credidísti : quóniam perficiéntur ea que dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María, Magníficat ánima mea Dóminum. Et exultávit spíritus meus : in Deo salutári meo.

*Offertorium.* Beátam te dicent omnes generatiónes : quia fecit tibi Dóminus magna qui potens est et sanctum nomen ejus.

*Secreta.*

**D**omine Jesu Christe, sanctárum cogitatiónum suspirátor : qui servos tuos gloriósam matrem tuam honoráre docuísti : concéde propícuis ipsíus solénnia cum sacrificio laudis

débita cum devotióne celebráre in terris : ut ejus intercessióne regnádo jubilére mereámur in celis. Qui vivis [et regnas Deus].<sup>348</sup>

*Prefatio de beata virgine [Maria].*<sup>349</sup>

*Communio.* Benedícite Deum celi cum timóre : et exultáte ei cum tremóre : quia fecit nobíscum misericórdiam : cum in celis matrem pro nobis esse vóluit advocátum.

*Postcommunio.*

**C**oncéde quésumus omnipotens Deus sacraménta que sumpsimus in honóre beáte Maríe vírginis matris immaculáto corde serváre : ut nunc

fésta ejus coléntes : post excésem hujus vite, ad ipsíus mereámure transíre consórtium. Per eúndem Dóminum nostrum.

**¶** Finit temporale.<sup>350</sup>

## Notes.

---

### Notes, pages 1141-1224.

- <sup>1</sup> 'Alphabetum sacerdotum.-97.', Dickinson:577.
- <sup>2</sup> 'sic 26. &c. promissum.-55P. B56.', Dickinson:578.
- <sup>3</sup> 'perfecte te-92. 94. 97. 98.', Dickinson:579.
- <sup>4</sup> Dickinson:579.
- <sup>5</sup> '[quia] non habent 94. 97.', Dickinson:580.
- <sup>6</sup> 1513:132v. gives the plural throughout this invocation. However, in the first instance it will be said in the singular, as the Ministers respond to the Priest, as in Brev.:410.
- <sup>7</sup> '[This paragraph] non habent B56.', Dickinson:580.
- <sup>8</sup> Rylands-24:299. has the following versicles (See also Legg, *The Sarum Missal*:217.):
- ℣. Deus tu convérsus vivifi[cábis] nos.  
℞. Et plebs tua letábitur in te.]  
℣. Osténde nobis D[ómine misericórdiam tuam].  
℞. Et salutáre tuum da nobis.]  
℣. Sacerdótes tui induántur jus[tícia].  
℞. Et sancti tui exúltent.]  
℣. Ab occúltis meis m[unda] me Dómine.  
℞. Et ab aliénis parce servo tuo.]  
℣. Non nobis Dómine non nobis.  
[℞. Sed nómini tuo da glóriam.]  
℣. Sancta Dei génitrix v[irgo] semper María.  
℞. Intercede pro nobis ad Dóminu Deum nostrum.]  
℣. Dómine Deus virt[útum] convérte nos.  
℞. Et osténde fáciem tuam et salvi érimus.]  
℣. Dómine exáudi or[aciónem] meam.  
℞. Et clamor meus ad te véniat.]  
℣. Dóminus vobíscum.  
[℞. Et cum spíritu tuo.]  
℣. Orémus.
- <sup>9</sup> Dickinson:580.
- <sup>10</sup> Dickinson:580.
- <sup>11</sup> Dickinson:580.
- <sup>12</sup> Dickinson:580.
- <sup>13</sup> For 'ad perficiéndum officia divína.', 'Domini ministerio.-94.', Dickinson:580.
- <sup>14</sup> For 'quésumus Dómine cunctas', 'Dómine, quésumus, omnes.-4L. 57. B56. non habet quesumus 98.', Dickinson:581.
- <sup>15</sup> For 'mereámur méntibus', 'méntibus mereámur'.-98. 4L. 57. B56.', Dickinson:581.
- <sup>16</sup> 'sanctificétur.-97.', Dickinson:581.
- <sup>17</sup> '[hoc incénsu] non habent 93. 97. 98.', Dickinson:581.

## Notes.


---

- <sup>18</sup> '[*primo in dextera . . . et interim in medio*] non habent 92. 98.', Dickinson:581.
- <sup>19</sup> '*ceroferariis*', Dickinson:582.
- <sup>20</sup> '*thuribulariis*', Dickinson:582.
- <sup>21</sup> 'ad processionem.-4L. processionibus.-97.', Dickinson:582.
- <sup>22</sup> '*capis*.-92. 98.', Dickinson:582.
- <sup>23</sup> '*laus angelica*.-26', Dickinson:583.
- <sup>24</sup> In 1513:134v. the music appears a fifth higher, in the C-clef.
- <sup>25</sup> In GS:11 ♯. '*glóriam*' is set GF.GA.GF; '*Amen*' is set DFGAGFGFF.DE. In 1513:133v. the music appears a fifth higher, in the C-clef.
- <sup>26</sup> In 1513:133v. '*excélsis*' is st EFG.Ag.A.G.G. In 1508-C:55v.
- <sup>27</sup> In 1513:133v. the music appears a fifth higher, in the C-clef.
- <sup>28</sup> In 1513:134r. the clef appears a third higher.
- <sup>29</sup> In 1513:134r. the music appears a fifth higher, in the C-clef.
- <sup>30</sup> In 1513:134r. the clef appears a third higher.
- <sup>31</sup> '*[tam a choro quam a sacerdos et ejus ministris ad altare]* non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:585.
- <sup>32</sup> '*[cum sua farsura videlicet in choro . . . in capella beate Marie omni sabbato]* non habent 4L. 57.', Dickinson:585.
- <sup>33</sup> '*[Dictoque gradali . . . sedeat in sede sua.]* non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:587.
- <sup>34</sup> 1513:134v. gives here the simple melody as used in nuptial masses (see immediately below). The correct melody appears in several early printed missals such as 1489 and 1494, but in the great majority of the printed missals the melody is incorrect here. See also page 2. '*Has notas correximus secundum duo ex antiquioribus editionibus, (scil. H. et 94. que inter se fere semper concordant) quibus consentit Missale manuscriptum Vigonriense. In plerisque libris impressis hecce Dominus vobiscum et Oremus notantur sicut infra habentur in Missa Sponsalium.*', Dickinson: 588.
- <sup>35</sup> 1513:134v. gives here the simple melody as used in nuptial masses (see immediately below).
- <sup>36</sup> after US-II:lxxvj. See Brev.:14.
- <sup>37</sup> In a number of sources, including US-II:265. the music appears a fifth lower, in the F clef.
- <sup>38</sup> '*In quibusdam exemplaribus (ex. gra. 4L. et 15.) nota A. (La) in hoc loco invenitur.*', Dickinson:588. In 1513:135r. '*seculórum*' is set C.C.C.F. Here the edition follows Ant-1519:7r; Brev-1531:1r; US-II:lxxxj; 1500 (Pynson):86v. and other printed missals.
- <sup>39</sup> "'Sacerdoti," but apparently it should be "episcopo.", Warren, *The Sarum Missal* I:29.
- <sup>40</sup> Dickinson:589.
- <sup>41</sup> Dickinson:589.
- <sup>42</sup> Dickinson:590. has full music here, with the note : '*In Missalibus verba Credo in unum Deum. sola notantur. Cetera e Gradulai sumpsimus.*'
- <sup>43</sup> '*[Post inceptionem Credo . . . diacono. Postea]* Dum a choro canitur *Credo*. accedat diaconus post lectum Evangelium et offerat sacerdoti librum Evangeliorum vel Textum deosculando in sinistris ejus. Deinde-4L. 57. Nihil habent 92. 94. 98. B56.', Dickinson:593.



## Notes.

---

- <sup>44</sup> 'Dictaque', Dickinson:593.
- <sup>45</sup> '[sacrificii] non habent 92. 94. 98. 4L. B56.', Dickinson:593.
- <sup>46</sup> 'thrice in the form of a cross over [the paten], and [thrice] in a circle', Warren, *The Sarum Missal*, I:31.
- <sup>47</sup> For 'locum ter', 'locum.-92. 98. 4L. 57. locet.-94.', Dickinson:593.
- <sup>48</sup> Dickinson:593.
- <sup>49</sup> For 'tuo', 'majestatis tue.-94.', Dickinson:593.
- <sup>50</sup> 'pueros.-4L. 57.', Dickinson:594.
- <sup>51</sup> 'diacono.-92. 4L. 57.', Dickinson:594.
- <sup>52</sup> For 'mentis et corporis', 'cordis et corporis mei.-94. 97. 4L.', Dickinson:594.
- <sup>53</sup> Dickinson:595.
- <sup>54</sup> '[Diacono interim . . . sse teneant.] non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:595.
- <sup>55</sup> '[meus] non habent 92. 94. 98. 4L. 57. B56.', Dickinson:595.
- <sup>56</sup> 'aptum.-94. 97.', Dickinson:595.
- <sup>57</sup> '[nostro] non habent.--92. 98. 8RM. 57. B56.', Dickinson:595.
- <sup>58</sup> 'cleri.-98.', Dickinson:595.
- <sup>59</sup> In 1513:136r. the music appears a fifth higher in the C clef. In US-I:269. 'offerimus' is set EFD.D.CD.D.
- <sup>60</sup> 1508-C:47r. omits 'tacita voce'.
- <sup>61</sup> 'cleri.-92. 98. clericorum.-8RM.', Dickinson:596.
- <sup>62</sup> '[In missis vero pro defunctis . . . nec in die animarum.] Pro defunctis post ablutionem manum sacerdos agat, utut habetur infra in Officio mortuorum.-94. 97.', Dickinson:596.
- <sup>63</sup> 'alta'.-8RM.', Dickinson:596.
- <sup>64</sup> 'Hec', Dickinson:596.
- <sup>65</sup> Dickinson:596.
- <sup>66</sup> In Rylands-24:296-301. the music of the Sursum Corda and the Prefaces appears a tone lower, with B-flat; 'Eterne' is set (each time) B.Cb.B (transposed). In Arsenal:147r. and Dickinson:597. 'Quia' is set A.A. 1500 (Pynson):88r. 'Quia per' is set A.A A. In Rylands-24:296. (transposed) and Arsenal:147r. 'nova' is set A.C. In 1531. (unpaged) 'nova' is set B.B. Rylands-24:296. has (transposed):
- 
- per hunc invi-si-bí-li- um amó-rem ra-pi- ámur.
- <sup>67</sup> For 'quandocunque dicitur', Dickinson:597. has 'infra Canonem' with the note 'quandocunque dicitur.-55P.'
- <sup>68</sup> Dickinson, note : 'et noctem sacratissimam.-13. 55P.'
- <sup>69</sup> 'ejusdem'.-97. 55P.', Dickinson:597.
- <sup>70</sup> Arsenal:147r. has 'nostre mortalitátis appáruit ínnova nos'.
- <sup>71</sup> In Arsenal:147v. 'qui corporáli' is erroneously set a third higher. Rylands-24:296 has:

Notes.



ví-ci- a cómprimis : mentem é-le-vas : virtú-tem

Arsenal:147v. follows Rylands-24. but 'vícia' is set C.B.BA. In Rylands-24:296. 'largiris is set B.C.B. In Arsenal:147v. 'Dóminum' is set AG.GA.B. The Arsenal manuscript is slightly disordered here.

<sup>72</sup> '[ob diem in qua . . . sui mystéria celebránda] Pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu Sancto, tribuens eis repromissionem omnium peccatorum.-97. 55P. [mysteria celebranda], mysteria veneranda.-98. veneranda mysteria.-94.', Dickinson:599.

<sup>73</sup> Dickinson:599. omits 'ut placátus accípias . . . Per Christum Dóminum nostrum. Amen.'

<sup>74</sup> Dickinson:599.

<sup>75</sup> Dickinson:599.

<sup>76</sup> Arsenal:147v. has 'Te quidem omni témpore'. It is set thus:




Te qui-dem omni témpo-re : sed in hac

In the margin appears 'équum et salutáre te quidem omni t.'. (Compare 'Vere dignum et justum est équum et salutáre' in the daily preface below. In 1500 (Pynson):89r. Rylands-24:297. and Arsenal:147v. 'nostrum' is set C.B. Dickinson:600. has this note: 'Cantum in hac syllaba elevat per semitonum 94. 11. 4L. 15.' In Rylands-24:297. 'ipse' is set A.A. In Arsenal:147v. 'vitam' is set C.B.

<sup>77</sup> Dickinson:600.

<sup>78</sup> Dickinson:601. continues with '*Sequens prefatio . . .*'.

<sup>79</sup> Rylands-24:297. has the following (transposed):




tus in ce-lum : ut nos di-vi-ni-tá-tis su-e tri-bú-e-ret

Arsenal:148, like Rylands-24, has a mediation at 'elevátus in celum'. In Arsenal:197. 'sue tribúeret' is set C.B B.C.B.B.

<sup>80</sup> Dickinson:601.

<sup>81</sup> The following mediation appears in 1500 (Pynson):89r., Rylands-24:297. (transposed), and Dickinson:601.



Qui ascéndens su-per omnes ce-los,

Dickinson notes: 'Quedam edd. notas super verba *omnes celos* non variant. Arsenal:148r. also has a mediation here. Rylands-24:297. has no mediation at 'mundus exúltat'.


Notes.

<sup>82</sup> 'innúmeris', *Missale Romanum*.

<sup>83</sup> 'genitrícis ejúsdem', 1513:138v. This is apparently an error. *Defensorum directorii* (Pynson, 1503): (unpaged) 'Plures libri habent ejusdem Dei, et sic est ibi error secundum quosdam.' Dickinson:603. omits 'ejusdem', with the note: 'ejusdem.-94. 14. 57. sed vide Defensorium Directorii apud Maskell 2. 346.'


<sup>84</sup> Dickinson:603. has '*capitulo*' with the note: '*capella*.-94. 97. 13.'

<sup>85</sup> In Arsenal:148v. cum is set A. According to the Sarum *Accentuarium* 'úníus' would be accented on the first syllable, as here (like 'álius'. The modern Roman books have 'uníus' but 'álius'). For the second 'úníus', Dickinson:604 has '94. 97. H. 15. vocem elevat super penultimam verbi *unius*, ea syllaba scilicet producta.' In Rylands-24:298. (transposed) and Arsenal:148v. this 'uníus' is set B.C.B. Arsenal:148v. has the following:



re-ve-lánte te cré-dimus, hoc de Fí-li- o tu-o : hoc de

In Rylands-24:298. (transposed), Arsenal:148v. and Dickinson:604. *différentia* is set B.B.C.B.B. Dickinson:604. has the note: 'In quibusdam edd. nota hujusce sullabe non elevatur.' Arsenal:148v. has this mediation:




sempi-ternéque De- i- tá-tis,

1526: (unpaged) and Rylands-24:298. have no flex at 'et in persónis'. Arsenal:148v. has a flex at 'et in esséntia'. In 1500 (Pynson):89v., Rylands-24:298. (transposed) and Dickinson:604. 'et in majestáte' is set B B B.B.C.B; Arsenal:149r. has A B B.B.C.B. Dickinson has the note 'In quibusdam edd. nota hujusce syllabe non elevatur. Arsenal:149r. has 'Quem laudant'. Arsenal:149r. has:



atque archánge-li : ché-ru-bin

In 1500 (Pynson):90r., Rylands-24:298. (transposed) and Dickinson:604. 'clamáre' is set B.C.B. Dickinson has the note 'In quibusdam edd. nota hujusce syllabe non elevatur. Arsenal:149r. has the following:



qui non cessant clamá-re co-tí-di- e u-na vo-ce di-cén-tes.

<sup>86</sup> '94. 4L. H. notas super verbum *deseras* non variant.', Dickinson: 605. In Arsenal:149v. 'exoráre' is set C.B.AB.B. Rylands-24:298. has no mediation at 'etérne non déseras'. Arsenal:149v. has:

Notes.



contín-u-a pro-lecti-ó-ne custó-di-as :


Arsenal:149v. has a mediation at 'gubernétur'. 1500 (Pynson):90r. and Rylands-24:298. break off at 'ideo'. (Dickinson breaks off at 'ángelis'.) Arsenal:149v. has amediatino at 'et archángelis'. Arsenal:149v. has:



Et í-de-o cum ánge-lis et archánge-lis : cum thro-nis et



domi-na-ti-ó-ni-bus. Cumque omni ce-léstis ex-érci-tus



hymnum gló-ri-e tu-e cá-nimus

Arsenal continues with incipit of the third ferial *Sanctus*. 49\*.

<sup>87</sup> In Dickinson:605. 'salútem' is set C.C.C. Arsenal:149r. has the following:



ut unde mors o-ri-e-bá-tur : inde vi-ta re-súrge-ret.



Et qui in ligno vincé-bat : per lignum quoque vince-ré-tur.

1500 (Pynson):90r. and Rylands-24:299. break off at 'Per quem'. Dickinson:606. breaks off at 'laudant ángeli'.

<sup>88</sup> Dickinson:606.

<sup>89</sup> Rylands-24:299. and Arsenal:149r. have only 'veneracióné'. Arsenal:149r. omits 'semper'. In Rylands-24:299. 'exultántibus ánimis' is set C.C.C.B.B C.B.B. In Arsenal:149r. 'exultántibus' is set B.B.C.C.C; 'benedicere' is set A.B.C.B.B; 'Que et' is set A A. Rylands-24:299. and Arsenal:149r. have a mediation at 'obumbratióne concépit'. In Arsenal:149r. 'huic' is set B.B; 'Jesum' is set A.B. 1500 (Pynson):90v. breaks off at 'Per quem'. In 1526: (unpaged), 'Celi' is set C.C. Rylands-24:299. and Arsenal:1494. break off at 'majestátem'. Dickinson:607. has 'Per quem majestatem &c.' followed by '*Hoc modo incipientur . . .*'.

